

etordo signorum in caelis per quem sol et luna currere
noscuntur duo denario numero distinguuntur, Ideo
hoc numero primis predicatoribus. Quod Christus dixit immun-
dum, nec numerus iuda per eunte uolatus est. Seda-
lius eius loco subrogatus, decuius numeri sacratissima
significatione ipse Christus in euangelio ait. De ex cellen-
tissima sanctorum gloria, cum autem sederit filius hominis
in sede maiestatis suae, sedebitis et uos super sedes duo-
decim iudicantes duodecim tribus israel.

EXPL. Liber. III. INCIPIT Liber. III.

xviii

Post haec inquit euangelista ambulabat ihesus in
galileam, Non enim uolebat in iudeam ambula-
re, quia querebant eum iudaei interficere,
hoc infirmitati nostrae praebebat exemplum. Non
ipse perdidit potestatem, sed in uia consolabatur
fragilitatem, futurum enim erat ut dicitur, ut aliquis
fidelis eius absconderet se, ne a persecutoribus inue-
niretur, Et ne illi pro crimine obiceretur, latibulum
precessit in capite quod in membris confirmaretur,
Potuit enim Christus ambulare inter iudaeos
et non occidi, quia, Potestatem habeo ponendi
in manum meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam,
Hanc potestatem ostendit dum uoluit, dum ad uocem
illius retro ceciderunt, qui eum cum armis uenerunt
ad praehendere, Erat autem in proximo dies festus
iudaeorum, scenophegiae, Scenophegiae est dies fes-
tus, quo iudaei mense septimo in tabernaculis subramis
arborum habitare diebus septem iubebantur, ad me-
moriā habitationis illorum in heremo, Isaerit

dies festus quem iudaei magna solemnitate celebrabant.
 uelud remimis centes beneficiorum dñi qui eos eduxit de
 terra aegypti. Dies festus more iudeorum dicitur non
 unus dies sed quod quod illius festiuitatis fuerunt. qua
 si unum diem festum propter unius festiuitatis consu
 etudinem nominare so lebant. Dixerunt ergo ad eum
 fratres eius; transi hinc et uade in iudaeam; fratres dñi usi
 tatis simo scæ scripture more consanguinei scæ mariae
 semper uirginis dicebantur. Nam abraham et loth fra
 tres sunt dicti; cum abraham patruus esset loth; et la
 ban. et iacob fratres sunt dicti; cum esset laban auun
 culus iacob. Cum ergo audieritis fratres dñi mariae
 cogitate consanguinitatē non iterum parientis ullā
 propagnem; Diximus fratres qui fuerint. audiamus
 quid dixerint. Transi hinc et uade in iudaeam. ut et disci
 puli tui uideant operatua quae facis; Opera dñi disci
 pulos non latebant sed istos latebant; Isti enim fra
 tres idem consanguinei; Xpm consanguineum habere
 potuerunt. Credere autem in eum ipsa propinquitate
 susuderunt. ideo continuo euangelista secutus est.
 neque enim fratres eius credebant in eum; Quare in eum
 non credebant. quia humanā gloriam requirebant.
 Dicentes ad eum; transi hinc et uade in iudaeam. ut et
 discipuli tui uideant operatua; Nemo quippe in oculis
 to aliquis facit. et querit ipse palam esse; Si hoc facis. ma
 nifestas te ipsum mundo; Nam his uerbis ostenditur
 gloriam illius carnaliter querere eos. quasi dixisset
 facis mirabilia sed abs condite; Transi in iudaeam ut
 principatus gentis et ciuitas caput regni uideant

mirabilia tua, Innotescere. appa re omnibus. ut laude-
s possis ab omnibus, Quid ergo ad haec dñs ihs dicit me
s um tempus nondum uenit. tempus autem uestrum sem-
s per est paratum, Apostolus dicit, Postquam uenit ple-
nitudo temporis misit dñs filium suum, Tempus uero glo-
riae xpi necdum uenit. cum haec locutus est. quod illi ui-
dentur quaerere. qui euadebant. isem iudaeam mira-
cula facere. mundo innotescere. ne latens ignobilis pu-
taretur, Sed ille uoluit altitudinem humilitate prae-
cedere. et ad ipsam celsitudinem per humilitatis sursum
peruenire, Tempus autem uestrum. id est mundi glo-
riae. Erit enim tempus gloriae,
qui uenit in humilitate. ueniet in altitudine, Qui uenit
iudicandus. ueniet iudicaturus, Qui uenit occidi-
s Amortuus. ueniet iudicare de uiuis et mortuis, Uos as-
s cendite ad diem festum hunc, Quid est hunc ubi glo-
riam humanam queritis, Quid est hunc ubi exten-
dere uultis carnalia gaudia. non aeter nacogitare,
s Ego non ascendo. ad diem festum hunc. quia meum tem-
s pus nondum impletum est, In diem festum gloriam
uos humanam queritis. meum uerum tempus. id est
gloriae meae nondum uenit, Ipse erit dies festus meus.
non diebus istis percurrentes et transiens. sed perma-
nens in aeternum, Ipse erit festiuitas. gaudium sine
s sine. aeternitas sine labe. serenitas sine nube, haec
s cum dixisset. et ipse mansit in galilea, Ut autem ascen-
s derunt fratres eius. tunc et ipse ascendit ad diem festum
Non manifeste. sed quasi in occulto, Ideo non ad diem
festum hunc. quia non gloriarı temporaliter. sed aliquid

docere salubriter, Corrigere homines de die festo
 aeterno amore. ~~Amor~~ ab hoc seculo. auertere. et in
 dm conuertere; Quid est autem quasi latenter
 ascendit ad diem festum, non uacat et hoc dñi opus;
 Nam omnes dies festos iudeorum in figura fuerunt;
 ideo xps latenter ascendebat in eis, quia xps latuit
 in illis, populo uero priori occultus, modo uero me
 liori populo manifestus, quia quod ille populus
 in umbra agebat, nos uero manifesta luce facimus;
 Licet quidam intellegere uelint hanc dñi responsione.
 quã ait; Ego non ascendit ad diem festum hunc, ad
 passionem illius pertinere; Quia xps non in festiui
 tate scenophegiae, sed in festiuitate paschali, qua
 agnus occidit solebat crucem ascendit; Iudei autem
 querebant in die festo, antequam ascenderet; Prio
 res enim fratres ascenderunt, et non tunc ascendit
 ille, quando illi putabant et uolebant; Etiam ut
 hoc impleteretur quod ait, non adhuc, id est ad que
 uos uultis primum uel secundum diem; Ascendit
 autem postea, ut euangelium loquitur, in die
 festo, id est cum iam illius die festi tot dies preteris
 sent, quod remansissent; Ipsa enim festiuitatem
 quantum intellegendum est, diebus plurimis cæle
 bra bant; Dicebant ergo, ubi est ille, et murmur
 mul tus de eo erat in turba; Unde murmur, de con
 tentione; Quæ fuit contentio, quidam enim dicebant
 quia bonus est, alii autem dicebant non, sed seducit
 turbas; De omnibus eius seruis hoc dicitur modo;
 Quicumque emittit in aliqua gratia, alii dicunt bo

bonus est. Alimon. sed seducit turbas; Unde hoc quia
uita nra abscondita est cum xp̄o in dō; hoc patitur cor-
pus xp̄i usque in finem saeculi a mundi amatoribus; quod
tunc passus est a iudeorum murmuratoribus; Necdū
frumentum apaleis segregatum est; ut grana frumen-
ti congregentur in horreum et palaeae comburen-
tur igni aeterno; Quod dictum est ergo de dñō ualeat
consolationem de quo cūque hoc dictum fuerit xp̄iano;
, Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum
iudeorum; Quid dicebant bonus est. non quid dicebant
seducit turbas; Sonitus eorum apparebat tamquā
aridorum foliorum; Seducit turbas. clarius sona-
bant; bonus est. praesius susurrabant; Modò autem
fratres quamuis nondum uenerit illa gloria xp̄i quae
nos aeternos facturā est. modò tamen ita crescit ecclesia
eius ita eam dignatus est percuncta diffundere. ut cū
susurreretur; seducit turbas; sed clarius personet bo-
nus est; Nam noua heresis in angulis occulte susurrat;
Xp̄s ē adoptiuus. sed clarius uniuersae sc̄ae ecclesiae
uox resonat; xp̄s filius est dī proprius; Sibilant quoque
serpentiño ore xp̄s nō cupa tuus est dī; sed pressius fir-
musque fidelium omnium unanimitas clamat; Xp̄s
bonus est dī; uerus est dī; Teste egregio predicatorē
qui ait; Quorum patres ex quibus xp̄s quiescit super om-
, nia dī benedictus; Ascendit ergo dñs ad diem festū
, mediantē dīae festo. docebat et mirabantur iudaei
, dicentes; Quomodo hic licet ueritas sc̄it cum non didice-
rit ille quia latebat docebat; et palam loquebatur
et non tenebatur; Illud enim ut latebat erat ex em

pli hoc potestatis; Sed cum doceret, mirabamur
 iudaei; Omnes quidem quantum arbitror mira-
 bantur sed non omnes conuertebantur; Unde ad-
 miratio quia multi nouerant ubi natus; et quem
 admodum fuerit eductus; numquam eum uiderant
 litteras discipulum; Audiebant tamen de lege dis-
 putantem; legis testimonia proferentem; quidne-
 mo potest proferre nisi legis set; nemo legenti; ni-
 siliteras didicisset; et ideo mirabamur; eorum aut-
 em miratio; magistro facta est insinuandae altius
 ueritatis occasio; eorum quippe admiratione
 et uerbis dixit dñs; Aliquid profundum et diligen-
 tius inspicendum; Quia ergo respondit dñs; eis ad-
 mirantibus; quomodo sciret litteras; quas non didice-
 rat; mea inquit doctrina non est mea; sed eius qui
 misit me; haec est enim profunditas; uidetur enim
 paucis uerbis; quasi contraria loquutus; Non enim
 ait ista doctrina non est mea; sed mea doctrina non
 est mea; Quomodo non mea et non mea; questio est
 quomodo fieri possit; utrumque et mea et non mea;
 Si enim diligenter intueamur; quod ipse in exor-
 dio dicit scilicet euangelista; In principio erat uerbum;
 et uerbum erat apud dñm; et dñs erat uerbum; Unde
 pendit huius solutio questionis; Quae est ergo doc-
 trina patris; nisi uerbum patris; ipse ergo xps doc-
 trina patris; si uerbum patris; Sed quia uerbum
 non potest esse nullius; sedalicuius; et suam doc-
 trinam dixit seipsum; et non suam quia patris est uer-
 bum; hoc dixisse uidetur dñs xps meam doctrinam

non est mea ⁊ ac fidicere ⁊ ego non sum a me ipso ;
Quā uis enim filium patris dicimus et credamus
aequalem nec ullam in eis esse naturae uel substan-
tiae distantiam nec inter-generantem atque ge-
neratum aliquod inter-fuisse interuallum tam
hoc ser-uato et custodito ista dicimus quod ille pater
est ille filius ; Pater autem non est si non habeat
filium ; filius non est si non habeat patrem ; sed
tamen filius est de patre ; pater autem deus sed non de filio.
Pater non deus de deo ; filius uero deus de deo ; Lumen de
lumine ; pater lumen ; filius lumen non de lu-
mina sed unum lumen ; Pater deus ; filius deus non
duo sed unus deus ; pater et filius ; Sp̄s sc̄s
de patre et filio procedens et ipse deus ; Sicut pater deus
sicut filius deus ; sic etiam sp̄s sc̄s deus non tres sed
unus deus ; Unum lumen ; una substantia ; una natu-
ra ; una maiestas ; Una eternitas ; una magnitu-
do ; una potentia ; una bonitas ; Unde itaque ipse deus
x̄p̄s deus sapientia ; hoc tam profundum archaenum
non omnes intellecturos inconsequenti dedit con-
siliū ; intellegere enim crede ; deus enim per prophetā
dixit ; nisi crederitis non intellegētis ; Ad hoc perti-
net quod hic etiam dñs secutus adiunxit ; Siquis
uoluerit uoluntatem eius facere ; cognoscat de deo
trina utrum ex deo sit ; An ego a me ipso loquor ;
Quid est hoc ; si quis uoluntatem meam uoluerit facere ;
sed ego dixeram si quis crediderit ; Et hoc consiliū
dederam ; Si non intellexisti ; inquam crede ; Intel-
lectus enim merces est fidei ; Et ego noluerere

intellegere ut credas, sed crede ut intellegas. Quia
 nisi crederitis ~~non~~ non intellegatis. Cum er-
 go a possibilitate intellegendi consilium dederim,
 oboedientiam credendi, et dixerim dominum in christum
 hoc ipsum conuinxisse, in con sequenti sententia inue-
 nimus eum dixisse, si quis uoluerit uoluntatem meam
 facere, hoc est credere. Sed qui cognoscit hoc est intel-
 legit, omnes intellegunt. Quia uero quidam si quis uo-
 luerit uoluntatem meam facere hoc pertinet ad crede-
 re ut diligentius intellegatur. Opus est nobis ipso
 domino nostro expositore, ut iudicet nobis utrumque uera
 ad credere pertinere ad facere uoluntatem patris eius.
 Quis nesciat hoc esse facere uoluntatem dei operari opus
 eius id est quod illi placet. Ipse autem dominus aperte a
 lio loco dicit, hoc est opus dei. Ut credatis meum quem
 ille misit ut credatis meum non ut credatis ei. Non
 autem continuo qui credit ei credit meum. Nam et
 demones credebant ei et non ere debant meum. Rur-
 sus autem de apostolis ipsius possumus dicere. Credi-
 mus paulo sed non credimus in paulum. Credimus
 petrum sed non credimus in petrum. Credentia meum
 qui iustificat impium deputatur fides eius ad ius-
 titiam. Quid est ergo credere meum credendo
 amare credendo diligere. Credendo ad eum ire
 eius membris in cor porari. Ipse est ergo fides quam
 deo bis exigit deus que per dilectionem operatur.
 Si intellegis uerba dei, intellege quia christus filius est dei,
 et doctrina patris non est ex seipso, non ex nihilo, non
 ex alius sub sistentibus, sed ex patre tantum, in patre

manens aequalis patri; Quasemetipso loquitur, glo-
riam propriam quaerit, hoc erit qui uocatur antichris-
tus, extollens se sicut apoc tolus dicit. super omne quod
dicitur deus et quod colitur, Ipsum quippe adnuntians
deus gloriam suam quaesiturum, non gloriam patris
aut ad iudaeos, Ego ueni in nomine patris mei et non
suscepistis me, Alius ueni et anno in me suo et hunc
suscipietis, significabate eos antichristum susceptu-
ras, qui gloriam nominis sui quaesiturus est infla-
tus non solidus, Et ideo non stabilis, sed utique ru-
inosus, Dominus autem noster ihesus christus, magnum exemplum
nobis praebuit humilitatis, nepe equalis est patri,
nempe in principio erat uerbum, et uerbum erat a
pud deum, et deus erat uerbum, Nempe ipse dixit, et ueris-
sime dixit, Tanto tempore uobiscum sum et non cog-
nouistis me, philippe, qui me uidit, uidit et patrem,
Nempe ipse dixit et ueris sime dixit, Ego et pater
unum sumus, Si ergo cum patre unum equalis pa-
tri deus deo, deus apud deum coaeternus immortalis, pa-
riter incommutabilis, pariter sine tempore, pari-
ter creator dispensator temporum, Tamen quia
uenit in tempore, et formam serui accepit et habi-
tus est inuentus ut homo, quaerit gloriam patris non suam,
Quid tu homo facere debes quia quando aliquid boni
facis gloriam tuam queris, quando autem aliquid ma-
lifaas deo calumniam meditaris, intende tibi creatu-
rae, agnosce creatorem, Seruus es ne contemnas
deum, ad obsequium es sed non meritis tuis, Que res glori-
am eius a quo habes hanc gloriam, homo adoptatus

cuius gloriam quae sunt / quae est ab illo uincus na
 tus, Quia autem quaerit gloria eius qui misit illu
 hic uerax est / et inuisit illa in illa non est, In antichris
 to autem inuisit illa est / et uerax non est, quia gloria
 suam quaesiturus est non eius a quo missus est, Non
 enim est missus sed uenire permissus, Omnes ergo
 peruenientes ad corpus xpi ne inducamur in laqueos
 antichristi non quaeramus gloriam nr̄am, sed sicut
 quae sunt gloria eius quae eum misit quanto magis
 nos eius quae nos fecit, Sequitur; nonne moyses in
 quid dedit uobis legem, et nemo ex uobis facit legem,
 quid me queritis interficere? Ideo enim quaeritis in
 terficere, quia nemo ex uobis facit legem, Nam si le
 gem fecissetis in ipsis literis xpi agnosceretis, et praes
 sentem non occideretis, et illi res ponderunt, respon
 dit enim turba, respondui quae siturba non pertinet ad
 adordinem sed et per turbationem, Denique turba
 turbata, uidete quid responderit, Daemonium
 habes, quis te querit occidere, quae si non fuit peius di
 cere daemonium habes, quae meum occidere, Eiquip
 pedicatum est, quod daemonium habebat, quidem o
 nes expellebat, quid possit aliud dicere turba tur
 bulenta, quid possit aliud colere caenum commotum
 nisi putridum, turba turbata est, Unde a uerita
 te turbam lippitu dines turbant claritas lucis, O
 culi autem non habentes sanitatem non possunt
 ferre luminis claritatem, Dns autem non plane
 turbatur sed in sua ueritate tranquillus non
 reddidit malum pro malo nec maledictum pro ma

ledicere quibus si diceret demonium habetis. Quos
uerum diceret. Unde hoc dicerent de ueritate demo
nium habetis. nisi eos diaboli falsitas irritaret. Quid
ergo respondeat tranquillus audiamus et tranqui
le uiuamus. Unum opus feci et omnes miramini; ta
quam dicens; quid si omnia opera mea uideritis ip
sius enim opera erant quae in mundo uidebant. et ipse
qui fecit omnia non uidebant. fecit unam rem et tur
bati sunt quia saluum fecit hominem in sabbato; nō
intelligens dñm esse sabbati filium hominis. qui sab
batum propter hominem constituit non hominem
propter sabbatum. Nec sabbatum destruxit qui sanū
fecit hominem in sabbato quia ad salutem hominem
hominibus sabbati custodia data est. Propter reamor
ses dedit uobis circumcisionem bene factum est ut
acciperetis circumcisionem. A moise non quia
ex moise est sed ex patribus; Abraham quippe primus
accepit circumcisionem. A dño et in sabbato cir
cuiditis; conuenit uos moises in lege accepit ut cir
cuidatis octauodie accepistis in lege ut uacatis
septimodie; Si octauus dies illius quinquatus est oc
curritur ad diem septimum sabbati. quid facitis;
uacabitis ut seruetis sabbatum. An circumeide
tis ut impleatis sacramentum diei octauae ^{quia} sed nouum
quid quod facitis circumeiditis hominem; quare cir
cumcisio pertinet ad aliquod signum salutis et non
debent homines sabbato uacare a salute; ergo nec
mibi irascamini quia saluum fecit totum hominem
in sabbato. Si circumcisionem inquit accepit homo

91

in sabbato ut non solvatur lex mor si, Aliquid enim
per mor sen in illa constitutione circum cissionis sa
lubriter institutum est; mihi operanti salutem in sab
bato Quare in dignamini forte enim illa circum cis
sio ipsum dñm significabat. Cui iste curanti et sanan
ti indigna bantur. iussit enim adhiberi octavae;
et quid est circum cisionis sicut in expoliatio. significat
ergo ita circum cisionem expoliationem. a corde cupidita
tem carnalium, non ergo sine causa data est. et in eo
membris fieri ut sciam per illud membrum procreatur
creatura mortalium et per unum hominem mors si
cut per unum hominem resurrectio mortuorum. et per
unum hominem peccatum intrauit in mundum.
Et per peccatum mors; ideo quisque cum prope natus
nascitur. quia omnis homo cum vitio propaginis nasci
tur et non mundat deus siue vitio cum quoniam cumur.
siue vitio quae male vivendo addimus. nisi per cul
tellum petrinum id est dñm ih̄m xp̄m; Petra enim
erat xp̄s; Cultellis enim petris circumcidiebant.
et petra nomine xp̄m figurabant et praesentem non
agnoscebant sed in super eum occidere cupiebant,
Quod vero circumcidit hominem in sabbato. intel
legite hoc significari. opus bonum; quod ego feci totum
hominem saluum sabbato; Quia et curatus est ut sa
nus esset in corpore et crederet ut sanus esset in ani
ma; nolite iudicare personaliter. sed rectum iudi
cium iudicate; quid est hoc modo quia si per legem mor
si sicut circumcidit in sabbato non irascimini mor si.
et quia ego dies sabbati saluum feci hominem irascimini

mi hi^o personali ter iudicate ueritatem attendite
et iustum iudicium iudicate; si secundum ueritatem
iudicatis neque morsem neque me condemnabitis
et ueritatem cognitam me cognoscitis quia ego sum
ueritas; Hoc ueritatem fr̄s quod dñs nota ut hoc loco
euadere in hoc saeculo magnis laboris est non per
sonaliter iudicare sed rectum iudicium retinere
Amonuit quidem dñs iudaeos sed monuit nos illos
conuincit nos instruxit illos redarguit nos exacuit
non putemus hoc nobis ideo nondictum quia tunc
ibi non fuimus; Nos itaq; sic audiamus euangelium
qua si praesentem dñm nedicamus; O illi felices qui eum
uidere potuerunt; Multi tamen qui uiderunt eum car
naliter occiderunt Multi autem in nobis qui non ui
derunt crediderunt; De quibus dictum est; beati qui
non uiderunt et crederunt; Quis est qui non iudi
cat personaliter nisi qui aequaliter diligit quia aequa
liter omnes diligit aequaliter de omnibus iudicat;
ne hoc dictum putemus de illis quos pro honore gra
duum diuerso modo honoramus sed de illis quorum
causas diiudicare iubemur; Dñs igitur ih̄s non ma
nifeste sed occulte ascendit ad diem festum non
quia timebat ne teneretur cuius potestas erat ut
non teneretur sed ut significaret etiam in ipso die
festo qui celebrabatur a iudaeis occultari et suum
esset misterium; sed mox apparuit potestas quae
putabatur timiditas; Loquebatur enim palam in
die festo ita ut mirarentur turbae et dicerent Qd
audiuimus cum lectio legeretur; Nonne hic est

quem querebant interficere. Et ecce palam loquitur
 et nihil illi dicunt. Num uere cognouerunt prin-
 cipes quia hic est xps quem nouerant quae seuita quae
 rebatur mirabantur quae potentia non tenebatur
 inde non plane intellegente gentilius potentiam puta-
 uerunt esse principum scientiam quod ipsi cognoue-
 rant eundem esse xpm. ideo pepercerunt ei quem
 tantopere occidendum quae fierunt. Deinde illi
 ipsi apud se ipsos quid dixerunt. Numquid cognouerunt
 principes quia hic est xps. fecerunt sibi quae questionem
 quae eis uideretur non esse xpm. Ad iungentes enim di-
 xerunt. sed istum nouimus unde sit. Xps autem cum
 uenerit nemo scit unde sit. Quid est quod dixerunt
 iudei. xps cum uenerit nemo scit unde sit. Dum ergo
 de interrogante locum natiuitatis eius demonst-
 tra uerunt. iuxta prophetiam michae prophetae. et
 ex hoc certum est locum natiuitatis illius eos nosse.
 Sed considerandum est. quid se nosse putarent et
 quid se non scire dixerint. Locum uero natiuitatis
 illius sciebant per prophetae dicta. sed diuinam
 eius natiuitatem quae ex deo patre aeternaliter na-
 tus est. propter impietatem cordis sui nesciebant. isaiae
 dicente. Generationem eius quis enarrabit. Denique
 et ipse dñs ad utrumque respondit. et de humanitatis
 fragilitate. et de diuinitate maiestatis dicens. clama-
 bat ergo docens in templo. ih̄s et me scitis. et unde sim
 scitis. Recte ergo dixit et me noscitis et unde sim scitis.
 id est secundum carnem natiuitatem meam noscitis.
 et nobilitatem parentum meorum et effigiem uultus

mei nostis; Secundum diuinitatem autem non nos
tis quia a me ipso non ueni sed est uerus qui meminit
quem uos nescitis. Sed ut eum sciatis credi te meū
quem misit et sciatis quod nemo uidit dñm unquam
si unigenitū filius qui est in sinu patris ipse nar rabit
Et patrem nemo cognouit nisi filius et cui uoluerit
si filius reuelare. Denique cum dixisset sed est ue
rus qui misit me quem uos nescitis ut ostenderet eis
unde possent scire quod nesciebant subiecit ego scio
eum. Ergo a me quaerite ut sciatis eum. Quare autē
scio eum quia ab ipso sum et ipse meminit. Magnifi
ce utrumque monstrauit. Ab ipso inquit sum quia
filius de patre et qui quidem est filius de illo est cuius
est filius. ideo dñm ihm. Dicimus de dō de deo. patre
non dicimus dñm de dō. sed tantum dñm et dicimus dñm
ihm lumen de lumine. patre non dicimus lumen
de lumine sed tantum lumen. Ad hoc ergo pertinet
quod dixit ab ipso sum. Quod autem uidetis me in car
ne ipse meminit. Ubi audis ipse meminit noli intelle
gere nature dissimilitudinem sed generatis ^{an} aucto
ritatem. Querebant ergo eum ad praehendere et
nemo misit in illum manus quia nondum uenerat ho
ra eius hoc est quia nolebat. qui etiam uoluntate uictus
est uoluntate passus est. sicut horam praueidebat si
bi natiuitatis suae. ita horam praedis tinauit passio
nis suae. si hora mortis nostrae illius est uoluntas. quan
to magis et a passionis suae in arbitrio uoluntatis
suae uenit. Magna igitur misericordia dñi nri
ihū xpī factū esse eum propter nos in tempore per quē

facta sunt tempora factum esse inter omnia per que
facta sunt omnia. factum est se quod fecit factus est
quod fecerat. factus enim homo qui hominem fece-
rat ne periret quod fecerat; secundum hanc dispensa-
tionem iam uenerat hora natiuitatis et natus erat.
Sed nondum uenerat hora passionis ideo nondum pas-
sus erat quia nec dum uenerat hora in qua pati uoluis-
set; ideo in cruce legitur eum dixisse dum omnia per-
fecta fuerunt secundum scripturas prophetarum con-
summatum est et inclinato capite tradidit spm. Dum ue-
rouoluit consummata fuerant quae de eo scripta sunt.
et consummatis omnibus potestate propria emisit spm.
De turba autem multi crediderunt in eum. humiles
et pauperes saluos faciebat dñs; principes in sa mebant.
et ideo medicum non solum non agnoscebant. sed etiam
occidere cupiebant. Erat quaedam turba que sua
egritudinem cito uidit. et illius medicina sine dilec-
tione cognouit. que com mota miraculis credidit.
principibus in in si delitate manentibus. ideo audita
multitudinis fide murmurabant. quia xps gloria-
batur; et cito miserunt ministros ut eum comprehen-
derent. quem ad praehendere non potuerunt. adhuc
nolentem ut con praebenderetur. sed audierunt do-
centem qui uenerat ad praehendere. Dixit ergo illis;
adhuc modicum tempus uobis cum sum; quod modo
uultis facere facturi estis. sed non modo quia mo-
do nolo. Quare adhuc modo nolo. qui adhuc modi-
cum tempus uobis cum sum. Et tunc uado ad eum qui
misit me. implere debeo dispensationem meam et sic

per uenire ad pas sionem meam. Queritis me et non
inuenietis et ubi sum ego uos non potestis uenire. Hic
iam resurrectionem suam predixit. Noluerunt enim
agnoscere praesentem et postea quaesierunt cum uide-
rent multitudinem iam cre dentem. Magna enim
signa facta sunt etiam cum dñs resurrexit et ascendit
in caelum. tunc per discipulos facta sunt magna. Sed
ille per illos qui & per se ipsum. ipse qui per illis dixerat,
si neme nihil potestis facere. Quare non potuerunt ue-
nire. quia non uoluerunt credere. quia nullus sine
fide saluari potest. Dixerunt ergo iudaei ad ipsum.
sed ad se ipsos. quod hieturus est. quia non inuenimus eum.
Numquid in dispersionem gentium iturus est et doc-
turus gentes. Non enim sciebant quod dixerunt sed
quia ille uoluit prophetauerunt. iturus enim erat dñs ad
gentes non praesentia corporis sui. sed potestate diui-
na in discipulis suis. De quibus dixit propheta. quam-
pulchrisunt pedes euangelizan tium pacem euan-
gelizan tium bona in his pedibus xp̄s tu truserat ad gen-
tes. et per eos daturus gentes ut fidem accepissent
gentes quam iudaei sperauerunt. Qui uerū nescien-
tes prophetauerunt quia ignorauerunt xp̄m dicentē.
et ubi ego sum uos non potestis uenire. Quare non po-
testis uenire. quia non uultis credere. Quid est quod
dixit. ubi sum ego nisi in sinu patris. con sempiternus pa-
tris sum. in terra loquebatur sed in patris sinu se esse
mons trabat. **I**nter ceteras dispensationes dñi nr̄i
et doc trinas salutis nostrae et dubitationes iudae-
orum de dño ih̄u xp̄o. quae dixit. quibus alii confunde

rentur. aludocerentur. Nouissimo festiuitatis illius
 die, tunc enim ista agebantur quae appellatur scinophe
 gia idest tabernaculorum constructio qua festiuitate
 iam antea meminit carttas uestra fuisse desertum;
 uocat dñs xps et hoc non utcumque loquendo sed cla
 mando ut quis sit ueni ad a teum; sitamus ueniamus et
 non pedibus sed affectibus, nec migrando sed amando
 ueniamus. Quāquā secundum interiorem hominem et
 quia amat migrat et aliud est migrare corpore aliud
 corde, migrat qui motu corporis mutat locum, mi
 grat corde qui motu cordis mutat affectum; si aliuda
 mas aliud amabas. Non bibes ubi eras. Clamabat er
 gonobis dñs stabat enim et clamabat, si quis sitit ue
 ni ad me et bibat, qui credit in me sicut dicit scriptu
 ra. flumina de uentre eius fluent aquae uiuae, quid
 hoc esset quando euangelista exposuit immorari non
 debemus, unde enim dixerat dñs si quis sitit ueniat ad
 me et bibat. et qui credit in me flumina de uentre eius
 fluent aquae uiuae. Consequenter exposuit euange
 listadicens, hoc autem dixit de spu quem accepturi erant
 credentes in eum; hoc tantum sciamus quod de caritate
 hoc clamabat dñs ih̄s clamabat ergo et dicit ut ueniamus
 et bibamus, sunt ut sitit animus. et dicit quia cum bibe
 rimus flumina aquae uiuae fluent de uentre nostro.
 Uenter interioris hominis conscientia cordis eius;
 bibito ergo isto liquore reuiuiscit purgata conscien
 tia et hauriens fontem habebit etiam ipsa fons erit,
 Quid est fons uel quid est fluuius qui emanant de uen
 tre interioris hominis beniuolentia qua uult consu

lere proximo, si enim putet quia quod bibit soli ipsi
debet sufficere non fluit aqua viva de uentri eius, si
autem eius proximo festinat consulere ideo non siccatur
quia manat, uidebimus quid nunc sit quod bibunt qui
credunt in dñm quia utique christiani sumus, et si credi
mus bibimus, et unusquisque in se debet cognoscere bi
bit et si bibit ex eo quod bibit. Non enim nos deseret fons
si non deseramus fontem, exposuit euangelista. et di
xit undedñs clamas sed ad qualem potum inuitasset.
s quid bibentibus propinasset dicens, hoc autem dicebat
s de spū quem accepturi erant credentes in eum. Non dū
enim erat spūs datus quia illis nondum fuerat gloria
tus, quem dicit spūs in se scī nam unusquisque homo
habet in se proprium spū id est animum, Animus enim
cuius que eius est spūs. De quo dicit paulus apostolus.
quis enim scit hominum quae sunt hominis nisi spūs ho
minis qui in ipso est sed quid est quod ait non enim erat
spūs datus quia illis nondum erat glorificatus. Numquid
non spūs fuit in scīs dī. prophetis patri archis qui mul
ta per spū scī futura praedixerunt igitur et de he
lisabeth legitur spūs scō repleta esse. et de zacharia
similiter. Dicente euangelista et zacharias pater eius
repletus est spūs scō et prophetauit dicens, quid est quod
dicit spūs scī necdum fuerat datus. multa ergo iudicia
praecedentis spūs scī habemus antequam dñs gloria
retur resurrectione carnis suae. Non enim alium spū
etiam prophetae habuerunt qui xp̄m uenturum prae
nuntiauerunt. Sed modus quidam futurus erat do
nationis huius qui omnino antea non apparuerat,

de ipso hie dicitur; nusquam enim legimus antea congregatos homines accepto spū scō. Linguis omnium gentium locutos fuisse; post resurrectionem autem suam primum quando apparuit discipulis suis. Dixit illis, Accipite spm sc̄m; de hoc ergo dictum est non erat sps datus quia tñ nondum erat glorificatus, et insufflauit in faciem eorum, quo flatu primum hominem quem fecit uiuificauit et delinuo erexit, quo flatu uero membris eius dedit significans enim eundem esse spm quem insufflauit in faciem eorum ut alio exurgerent et ut eis operibus renuntiarent; Tunc primum post resurrectionem suam dñs quam dicit euangelista glorificationem dedit discipulis suis spm sc̄m. Deinde com moratus cum eis. quē dr̄a ginta dieb; ut liber actuum apostolorum demonstrat. ipsis indigentibus et uidentibus deducentibus ascendit in caelum; ibi peractis decem diebus de pentecostes misit de super spm sc̄m qui sicut dixer fuerant uno in loco congregati accepto omnium gentium linguis locuti sunt. Quærit aliquis forsitan, si baptizati in xp̄o et in caritate præceptorum eius uiuentes. Quare omnium gentium linguis non loquantur - dum certum est spm sc̄m eos accepisse. quia ipsa ecclesia quæ est corpus xp̄i omnium gentium linguis loquitur, quod tunc in primitiua ecclesia præsignatum est quæ in iudæa una tantum modo gentem traxa est. Nunc uero ex omnibus gentibus congregata, quomodo uero unus tunc homo loquebatur linguis. ita modo unitas sc̄e ecclesie omnibus loquitur.

Linguis, accipimus ergo et nos spm scm si amamus eccle-
siam *si caritate* compaginamur: si catholice nomine et
fide gaudemus. Igitur quantum quisque amat eccle-
siam xpi tantum habet spm scm, habemus ergo spm
scm si amamus ecclesiam. Amamus autem sinei
compagne et caritate consentimus, quam apostolus
omnibus virtutibus fiducialiter praeponit quem
que ipsa habet cuncta habebit bona quia sine illa
nihil proderit quicquid habere potuerit homo, de
qua beatus iacobus apostolus ait Qui autem offende-
rit unum factus est omnium reus, De hac etiam et
ipsa ueritas ait. In hoc enim cognoscent omnes quia
mei discipuli estis si dilectionem habueritis ad inuicem,
Cum ergo haec loquebatur xps in dienuissimo festiui-
tatis quae modo proposuimus. Et ut potuimus tracta-
mus. nata est de illo in turba dissensio, Alii putanti-
bus quod ipse esset xps, Alii dicentibus quia de galilea
non exsurget xps, Qui uero missi fuerant ut eum tene-
rent, redierunt immunes a crimine et pleni amira-
tionis, Nam et testimonium perhibuerunt diuinae
doctrinae eius, cum dicerent, A quibus missi erant qua-
renon adduxistis eum, Responderunt enim numquam
se audisse hominem sic locutum, Non enim quisquam
sic loquitur homo, Ille autem sic locutus est quia ds
erat et homo, Tamen pharisei testimonium eorum
repellentes dixerunt eis, Numquid et uos seducti estis
uidemus enim delectatos uos esse sermonibus illius,
Numquid aliquis de principibus credidit in eum aut ex
phariseis, sed turbae haec que non nouit lege maledictis.

96.

Quoniam nouerant legem ipsi credebant in eum. Et eum
qui miserat legem contemnebant quid docerent legem;
ut impleretur quod dixerat ipse dñs. Ego ueni ut non in-
uentes uideant et uidentes caecifiant. Caeci enim facti sunt
pharisaei doctores inluminati sunt populi legem nescien-
tes et in auctoritatem legis credentes. Nicodemus tamen u-
nus ex pharisaeis qui ad dñm nocte uenerat et ipse quidem
non incredulus sed timidus. Nam ideo et nocte uenerat
ad lucem quia inluminari uolebat et scire uolebat. Res-
pondit iudaeis. Numquid lex nō a uideat hominem nisi
audierit ab ipso prius et cognouerit quid faciat et uolebant
enim illi peruersisse ante esse damnatores quam cogni-
tores. Sciebat autem nicodemus uel potius credebat
quia scitatum modo eum pacienter uellent audire. For-
tesimiles fierent illis qui inuisi sunt tenere eum et ma-
luerunt credere illi quam tenere illum. Responderunt
ex parte iudicio cordis sui quod et illis. Numquid et tuga-
lileus est id est quasi a galileo seductus. Dñs enim ga-
lileus dicebatur quoniam in nazareth ciuitate erant paren-
tes eius. Secundumariam dixit parentes non secundum
uirile semen. Non enim quesierunt in terram nisi matrem
quia iam habebat de super patrem; nam utraque eius
natiuitas mirabilis fuit diuina sine matre humana
sine patre homine. Quid ergo illi quasi leges doctores
ad nicodemum scrutare et uide quid propheta. A gali-
lea non surget. Sed dñs prophetarum inde sur rexit.
Reuersi sunt inquit euangelista unusquisque in domum
suam. In diebus perrexit in montem oliueti; Mons
quippe oliueti sublimitate dominicae pietatis et misericordiae

designat, Quia et grece oleos misericordiae oliuetum
uocatur eleon, Et ipsius olei fessis adolentibus
membris, solet adferri leuamen, Sed hoc quod oleum et
uirtute ac puritate praeminet, et quem cumque eili-
quorem superfundere uolueris, confestim hunc transcen-
dere ei que superferri consuevit gratiam misericor-
diae caelestis, Nonnicon uementer insinuat, De qua
scriptum est, Suauis dominus uniuersis, et miserationes ei
super omnia opera eius, Tempus quoque diluculi ex-
ortum eiusdem gratiae, qua remota legis umbralux
euangelicae ueritatis erat reuelanda demonstrat,
Pergit ergo in ihs in montem oliueti, ut arcem miseri-
cordiae in se constare denuntiet, Uenit iterum dilucu-
lo in templum, ut eandem misericordiam cum incipien-
te nouo testamento lumine fidelibus, templo uidelicet
suo pandendam prebendam que significet, Omnis
inquit populus uenit ad eum, et sedens docebat eos,
Sed si dominum humilitatem incarnationis eius, per quam
nobis miserere dignatus est insinuat, Bene autem di-
citur quia cum sedens doceret ihs omnis populus uenit
ad eum, Quia postquam humilitate suae incarnatio-
nis proximus hominum factus est, libentius est a mul-
tis eius sermo receptus, A multis inquam est eius ser-
mo receptus, Namque a pluribus est superba impieta-
te contemptus, Audierunt enim mansueti et laetatis,
Denique iudaei temptantes adduxerunt mulierem
in adulterio depraehensam, interrogantes quid de ea
fieri uerberet, Quia moyses talem lapidare manda-
uerit, Uti si et ipse hanc lapidanda decerneret, deri-

derent cum quasimisericordiae quam semper docebat
 oblitum, Silapi dari uetaret, striderent in eundem
 abus suis, et quasi factorem scelerum legisque con-
 trarium uelut merito damnarent, Jhs autem in-
 clinans se deorsum digito scribebat in terra, per in-
 clinacionem ihu humilitas, per digitum quatuor-
 lorum conpositione, flexibilis est, subtilitas discre-
 tionis exprimitur, porro per terram, cor humanum
 quod uel bonorum actionum uel malorum solet red-
 dere fructus ostenditur, Postulatus ergo dñs iudi-
 care de peccatrice, non tantum datur iudicium, sed pri-
 us semclinans deorsum digito scribit in terra, ac sic
 demum quam obnix erogatur iudicat, Nos uidelicet
 triplice instituent, utcum quae libet proximorum er-
 rata conspiciamus, non haec antea repraebendo
 iudicemus, quam ad consentiam nrām humiliter
 reuerfi, digno eadem discretionis sollerter ex-
 sculpemus, et quid in ea conditori placeat quid uel dis-
 pliceat, sedula examinatione derimemus, Juxta il-
 lud apostoli, fratres, et si preoccupatus fuerit homo
 in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite
 huiusmodi in spū mansuetudinis, considerans te ip-
 sum ne et tu temp teris, Cum autem perseverarem
 interrogantes eum crexisse et dixit eis, Quis ne
 peccato est uestrum, primus nullam lapidem mit-
 tat, Qui hinc et in dño scribe et pharisei tenebant
 laqueos in sidiarum, putantes eum uel in miseri-
 cordem futurum in iudicando uel inuisum
 praecidens ille dolos, quasi fila transit araneae, et in

dicium iustitiae per omnia et mansuetudinem pietatis
ostendens. Ecce temperantia miserandi. qui sine pec
cato est uirum. Ecce iterum iustitia iudicandi. pri
mus nullam lapidem mittat. Ac si dixit secusim ois es
mandauit uobis mulierem huius modi lapidare. uide
te quoniam hoc peccatores sed uis facere precepit.
primo uos ipsi iustitiam legis implete. et sic innocentes
manibus et mundo corde ad lapidandam ream con
currite. primo spiritalia legis edicta fidem. miseri
cordiam et caritatem perficite. et sic ad carnalia iudi
canda diuertite. Dato autem iudicio dominus iterum se
inclinans. scribebat in terra. Et quidem iuxta morem
consuetudinis humanae potest intellegi. quod deo
dominus coram temptatoribus improbis inclinari. et in terra
scribere uoluerit. ut ad uultum intendens liberum eis
daret exire. quos sua responsio non percussos et uis exi
tuos. quamplura interrogaturos esse praeciderat.
Denique audientes unus post unum exiebant. inci
pientes a senioribus. Sed figuratim nos admonet in
eo quod et antedatam et post datam sententiam in
clinans scripsit in terra. ut et prius quam peccante
proximum corripiamus. et postquam debita casti
gationis illum ministerium reddiderimus. nos ip
sos digna humilitatis inuestigatione perpenda
mus. Ne forte autem quidem ipsis reprehendi
mus. aut alius quibus libet simus facinoribus inre
titi. Sicut forte fieri poterit ut ipse qui homicida
reum mortis esse iudicauerit. ipse in se ipso per odium
fraternae mortis reus esse ante oculum conditoris

inueniatur, Similiter qui fornicatio nisi crimen in
 fratre accusat in seipso superbie facinus non uideat.
 Ideo iubetur iudex alieni criminis digito discretionis
 in corde suo describere, ne forte in seipso reus inuenia
 tur. Quid igitur nobis in huiusmodi periculis reme
 dium quid restat salutis nisi ut cum peccantem conspici
 mus alium, mox inclinemus deorsum, id est quam de
 icem omnium conditione fragilitatis simus, si non nos
 diuina pietas sustentet, et humiliter inspiciamus. Di
 gito scribamus in terra, id est discrimine solleriter pense
 mus. An cum beato iob dicere possimus, Neque enim
 reprobabit nos cor in incommunitate nostra. Bene quum
 claudius scripsit in terra erectus misericordiae uerba
 depromit, Quia quod per humane infirmitatis socie
 tatem promissit, per diuine uirtutem potentiae om
 nibus donum pietatis impendit. Erigens inquit se
 ihesus dixit, Mulier ubi sunt quae accusabam, nemo te
 comdemnauit. Quae dicit, Nemo domine, Nemo condem
 nare ausus est peccatricem, quia in se singuli cernere
 coeperant, quod magis damnamandum cognoscerent.
 Sed qui accusantium turbas pro laetitia iustitiae pondere
 fugauit. Uideamus accusatam quantum misericor
 diae munere subleuet. Sequitur, Dixit autem ihesus,
 Ne cogite condemnabo, uade amplius iam noli peccare,
 Quia misericors et pius est, praeterita relaxat, Quia ius
 tus est, et iustitiam diligit, ne amplius iam peccet in
 ter dicit, Uerum quae poterant dubitare aliqui an pos
 set ihesus quae uerum hominem nouerant dimittere peccata dig
 nat, ipse apertius quid diuinitus ualeat ostendere, posire.

pulsam namque tentatorum nequitiam post soluta
 peccata ^{et} culpam iterum locutus est. Ego sum lux
 mundi. Qui sequitur me non ambulabit in tenebris
 sed habebit lucem uite. Ubi manifeste docet non solum
 qua auctoritate mulieri peccata dimiserit. Sed etiam ip
 sesit uel salix quae illuminat omnem hominem uenientem
 in hunc mundum. Cuius perpetuum splendorem huma
 na fragilitas uidere non potuisset nisi uideatur
 retur per quam quasi per quoddam lucidissimum specu
 lum diuini luminis claritas humanis mentibus innotes
 ceret. Quae fide purganda est ut tantaluminis aspec
 tu digna efficiatur. Unde se curus ait qui sequitur me
 non ambulabit in tenebris sed habebit lucem uite. Qui me
 if modo uisisset exemplis obsequitur non timebit in futu
 ro tenebras damnationis sed lucem potius uitae ubi
 num quam prorsus moriatur habebit. Itaque si me
 sequamur xpm lumen mundi ne ambulemus in tenebris.
 Tenebrae metuendae sunt morum non oculorum et sic
 culorum non exteriorum sed interiorum. unde discerni
 tur non album et nigrum sed iustum et iniustum.
 Cum hoc ergo dixisset dñs n̄r ih̄s x̄ps responderunt iudei.
 Tu dē ^{te} testimonium dāis / testimonium tuum non est ue
 rum. Antequā ueniret dñs n̄r ih̄s x̄ps multas ante
 se lucernas propheticas accendit et misit. De his e
 rat etiā iohannes baptista cuius magnam ipsum
 lumen quod est dñs x̄ps perhibuit testimonium qua
 lenulli hominū. Ait enī in natis mulierum non sur
 rexit maior iohanne baptista. hic tamen quoniam me
 erat maior in natis mulierū dicit de dño n̄r ih̄s x̄po

99

Ego quidem baptizatus in aqua / qui autem uenit
post me fortior me est / cuius non sum dignus cal-
ciamentum soluere / Videte quem ad modum selu-
cer na diei sumittat / Lucerna uero ipsum iohan-
nem fuisse / Dñs ipse testatur / Ille erat inquit lu-
cerna ardens et lucens / et uos uoluitis ad horam ex-
ultare in lumine eius / Responde tunc ergo iudaei /
Videte testimonium diei / testimonium uirtutum non
est uerum / Videamus quid audiant / audiamus
et nos / sed non sicut illi / Illic contemnerites / nos scire
dentes / Illic xpm occidere uolentes / nos per xpm ui-
uere cupientes / Interim ista distantia distinguat
aures mentes quentias / et audiamus quid iudaei
responderent dñs / Respondit illis et dixit / Et si ego
deme testimonio perhibeo / uerum est testimonium
meum / quia scio unde ueni et quouado / ^{uidetur} ~~Lumen~~ alia
demonstrat / et se ipsum xps / et se ostendit et patrem
ostendit / et de iudaeis quid esset uenturum / Ergo
ait dñs / et uerum ait / Et si ego deme testimonium
perhibeo / uerum est testimonium meum / quia scio
unde ueni et quouado / patrem uolebat intellegi
patri gloriam dabit / si uis aequalis glorificationem
a quo est missus / quantum debet homo glorifica-
re eum a quo est creatus / scio unde ueni et quouado /
Iste qui in praesentia uobis loquitur / habet quod
non deseruit / sed tamen uenit / Non enim ueni eni-
do / inde discessit / aut rediendo / nos dereliquit /
Quid miramini dñs est / Non potest hoc fieri / sed ab
homine non potest hoc fieri / Ab ipso sole oriente /

ipse narravit,
non dixit fuit
in sinu patris.

Pergit ad occidentem et deserit orientem, Non est
in orientem dñs in tibi xps. et uenit et tibi est. Et redit
et tibi est. Aud ipsum euangelistam alio loco di
centem. Et si potes cape, si non potes crede, Dñm nemo
uidit unquam nisi unigenitus filius qui est in sinu
patris, hic loquebatur et tibi esse dicebat, Quia et
hinc discessurus quid dixit ecce ego uobiscum sum om
nibus diebus usque ad consummationem seculi; Ergone
rum est testimonium luminis, Si uese ostendat siue
alia, quia sine lumine non potest uidere lumen, et sine
lumine non potest uidere quodlibet aliud quod non est
lumen, Itaque et lumen et seipsum ostendit, et quae cir
cae sunt, ita et xps et seipsum ostendit, et alios in lumi
nat, qui caritate circae sunt et secuntur illum, Non
pedum gressibus, sed caritatis officis, Duos aduentus
dñi nri ihu xpi legimus in scripturis scis a prophetis esse
praedictos, Unum misericordiae, qui per actus est, al
terum iudicium qui uenturus est, prima ergo dispensatio
dñi nri ihu xpi medicinalis, non iudicialis, nam si primo
uenisset iudicaturus, neminem inuenisset cui praemia
iustitiae redderet, Quia ergo uidit omnes peccatores,
et omnino esse neminem immunem a morte peccati,
prius erat eius misericordiae praeroganda, et post ex
cercendum iudicium, Quia de illo can tauerat psalmus,
misericordiam et iudicium, cantabotibi dñe, Non edi
xit iudicium et misericordiam, Nam si primum es
set iudicium, nulla esset misericordia, sed primo mise
ricordia, postea iudicium, Quae est prima miseri
cordia, creator hominis homo esse dignatus est fac

tus quod fecerat . ne periret quod fecerat . quid huic mi
 misericordiae addi potest . addidit tamen . Nam re
 probatus est ab hominibus . pro quorum salute uenerat
 in mundum . irisiones sustinuit . flagella . sputa . oppro
 bria inimicorum . turpissimam mortem crucis . haec om
 nia sustinuit quia uoluit . uoluit ut saluaret hominem
 quem creauerat . Nullum genus mortis intolerabili
 us fuit cruce . propter longos cruciatus . Sed nihil nunc
 gloriosius . quam signum crucis portare in fronte .
 Unde apostolus ait gloriam crucis predicans . Mibi au
 tem absit gloriari in cruce domini nostri ihu xpi . per quem
 mihi ^{mundus} cruci fixus est et ego mundo . Quia uenit neminem
 iudicare . consequenter iudeis respondit . Uos secun
 dum carnem iudicatis . ego non iudico quemquam . per
 tulit iniustum iudicium . ut ageret iustum . Sed in eo
 quem per tulit iniustum . misericordiae fuit . Denique
 ita humilis factus est . ut per ueniret ad crucem . Distu
 lit quidem potentiam . sed publicauit misericordiam .
 Unde distulit potentiam . quia de cruce noluit descen
 dere . quia tunc de sepulchro resurgere . Unde publi
 cauit misericordiam . quia pendens in cruce dixit . pater
 ignosce illis . quia nesciunt quid faciunt . Siue ergo prop
 ter hoc . quia non uenerat iudicare mundum . sed saluare
 mundum . Dixit ergo . non iudico quemquam . Siue que
 ad modum commemorauit quod dixerat . uos secundum car
 nem iudicatis . addidit . Ego non iudico quemquam . ut
 intelligamus xpm . non secundum carnem iudicare . si
 cut ab hominibus iudicatus est . Nam ut agnoscat is iam
 et iudicem xpm . audite quid sequitur . Etsi iudico ego .

uidicium meum uerum est, ecce habet et iudicium. Sed
agnosce saluatorem. nescientias iudicium; Quare autem
dixit iudicium suum uerum esse quia solus inquit non
sum. sed ego et qui meminit pater; Quid est missio xpi.
nisi in carnatione eius. missus est xps. idem est si dicitur in car
natus est xps. Et a patre missus est. et a patre nunquam
recessit; Et hic fuit per incarnationem. et hic est modo
per diuinitatem; fide sergo mundet corda nra. ut in
tellectus impleat corda nra; et ut intellegamus. misse
rium salutis nostre altum est. profundum est. secretum
est; Una est substantia. una diuinitas. una maiestas
patris et filii; pater non passus est. sed solus filius; Er
go intellegamus missionem filii nominatam in carna
tionem filii; patrem autem incarnatum esse non cre
das; Unde ergo uerum est. iudicium eius. nisi quia ue
rus est filius patris. Ideo dixit iudicium eum uerum esse.
quia solus non sum. sed ego et qui meminit pater; Idem
ergo in alio loco dixit. ego et pater unum sumus; unum
in substantia. duo in persona; Unum dixit propter subs
tantiae unitatem. sumus dixit propter personarum distinc
tionem; Audi quid dixit. Ego et qui meminit pater; Distin
gue personas. agnosce quia pater et pater est. agnosce
quia filius. filius est. nem baratum sabellianum peruen
as; Et noludicere aliud et aliud. sed dic aliud et aliud;
Non aliud in substantia. sed aliud in persona; non pater
maior. non filius minor. in diuinitatis gloria. sed ere
de unum sumus; in eo quod dixit ipsa ueritas unum. Libe
rante a barrio. liberate a sabellio; Si unum non ergo
diuersum; Si sumus non ergo unus; De iudicio dice

107

rat dum dixit egonon iudico quem quā; De testimo
mo nunc uult dicere; In lege inquit uīa scriptum est;
ues tra dixit tāquam diceret in lege quae uobis a deo
data est; Sicut diximus panem nostrum cotidianum
quem adō nobis dari poscimus; Quid est quod in lege
uīa scriptum est. quia duorum hominum testimonium
uerum est; Num quid semper duo homines uerum di
cunt testimonium. nonne duo falsi testes contra susan
nam falsum prouulerunt testimonium. et iudaeis quae
rentibus falsum testimonium contra xpm. dicit euan
gelista; nonne si uenerunt duo falsi testes; Num
quid quia duo erant. ideo falsi testes non erant quid
de duobus dicimus uel tribus. uniuersus populus
menti uisus est contra xpm; Sicut ergo totus populus qui
constat ex magna hominum multitudine falsū
testimonium dicere inuentus est. quomodo accipien
dum est more duorum uel trium testium stabit om
ne uerbum. nisi quia hoc modo per mysterium tri
nitatis commendata est. in qua perpetua stabilitas ue
ritatis est; Si uis habere bonā causam habeto duo
uel tres testes. patrem filium et spm sc̄m; Denique
quando susanna casta femina fidelis que conuicta duo
bus falsis testibus urguebatur. trinitas illi in cons
cientia atque in occulto suffragabatur; Illa tri
nitas de occulto unum testem dāni helim excita
uit et duos conuicit; Ergo quia in lege uīa scriptū
est. duorum hominum testimonium uerum esse.
accipite nr̄m testimonium. ne sentiat iudicium.
Ego enim inquit non iudico quem quā. sed testimo

num perhibeodeme; Differetudi cum nondifferetes
tamomum; Eligamus fr̄ testimoniumdi quia testi
moniumdi uerumest; Etquimodo testisest omni
um quae agimus iudexerit omnium quae fecimus;
Et alium non quae ritestem nisi ipsum quia omnia
secreta cordis n̄i considerat et quid ex quo fonte pro
cedat; Ideo testes qui non querit alium unde cognos
cat quis si uel qualis sit utat uia; qui red det unicuique
secundum opera sua; Responderunt ergo iudaei d̄n̄o lo
quenti de patre suo et dixerunt; Ubi est pater tuus; pa
tr̄em xp̄i carnaliter acceperunt; quia uerba xp̄i secun
dum carnem iudicauerunt; Erat autem qui loqueba
tur in aper to caro in ocul̄ uerbu; homo manifestus
d̄s in ocul̄; Uideamus ergo quid ad haec d̄ns respon
dit; Ubi est inquit pater tuus; et audimus enim te
dicere solus non sum; sed ego et qui me misit pater; Nā
solum te uideamus patrem tuum tecum non uideamus;
Quomodo te dicis solus non esse; sed cū patre tuo esse;
Aut ostendenobis tecum esse patrem tuum; et d̄ns; Num
quid me uidetis et patrem meum non uidetis; h̄o enim s̄ qui
sequitur; Hoc suis uerbis ipse respondit; Quorum uer
borum expositionem nos ante praemisimus; Uide
teerim quid dixerit; Neque me scitis neque patrem
meum; Sane sciretis forte et patrem meum sciretis;
Dicatis ergo ubi est pater tuus; quasi me id scitis;
quasi totum hoc scim quod uideatis; Ergo quia me non
nositis ideo ^{uobis} patrem meum non ostendo; Neque
hominem putatis; ideo patrem meum hominemque
ritis; quia secundum carnem iudicatis; Quia uero

102
secundum quod uidetis aliud sum / et aliud secundum
quod non uidetis / pater autem meum loquitur occultum,
Prius est ut mēno ueritas / tunc et patrem meum. Si enim
me sciretis / et patrem meum forsitan sciretis, Illud quia
omnia et / quando dicit forsitan / non dubitat sed in
crepat, Ad tendendum quomodo increpat uēdicatur
ipsum forsitan / quod uidetur esse uerbum dubitationis,
Sed dubitatio nisi uerbum est / quando dicitur ab homi
ne, Ideo dubitante / quia nesciente, Cum uero dicitur
ad uerbum dubitationis / cum do nihil utique lateat,
illud dubitatione arguitur infidelitas / non opinatur
diuinitas, homines enim deis rebus quas certas ha
bent / aliquando increpatione dubitant / id est uerbu
dubitationis ponunt cum corde non dubitant, uelut
si indignis seruo tuo et dicas, contempnis me / con
sidera forsitan dñs tuus sum, hinc et apostolus ad quos
dam contemptores suos loquens ait / puto autem et
ego spm̄ dī habeo / quid dicitur puto / dubitare uidetur.
Sed ille increpabat non dubitabat, Et dñs xps̄ alio
loco increpans infidelitatem futurorum generis hu
mani, Cum uenerit inquit filius hominis / puta sin
ueniet fidem in terram, Sic ergo omnia per que
facta sunt omnia / et tamen dubitando increpat,
Si me sciretis / et patrem meum forsitan sciretis / incre
pat infideles / a monet fideles / ut sciant unam esse
cognitionem patris et filii / quatenus sciant cogni
tionem filii cognitione esse et patris / ideo discipulo
electo post centi us ostendo retur / eis pater / respondit,
Tan to tempore uobiscum sum et non cognouistis me

philipe. qui uidit me uidit et patrem, Si diuini-
lis esset filius patris. numquid diceret discipulis
is qui me uidit uidit et patrem. numquid diceret
iudaeis. si me sciretis et patrem meum sciretis. hec uer-
ba locutus est ihesus in gazophylatio docens in templo,
Magna fiducia sine timore. Non enim patere uir-
sinollet quia nec nascere uir sinollet. Quid est quod
haec uerba ihesus in gazophylatio docens in templo locutus
est. gazophylatium locus est ubi thesauri conduntur.
Ihesus in gazophylatio loquebatur iudaeis. Dum in parabo-
lis locutus est uerbis. Nam gazophylatium fuit christi
in qua omnia lauerunt mysteria. Tunc aperienda
dum ipse qui lauit in littera loquebatur non in pro-
uerbis sed palam omnia fidelibus suis enarrans.
Nam gazophylatium adhererebant templo quia ipse christus
templum est. Deo ipse ait. solute templum hoc. cui
omnia mysteria ueteris legis adhererebant et ad eum
omnia respiciebant donec ueniret ad aperienda
singulorum gazophylatium misteriorum. Aperiendi
eius sensus fidelium suorum ut intellegerent que late-
bant. Sicut euangelista ait. Tunc aperuit illis
sensus ut intellegerent scripturas. Denique quid
sequitur. Nemo adprehendit eum quia nec dum ue-
nerat horaeus. Scilicet omnia dispositionis suae
omnia uoluntatis suae. Quid quia uoluntate
est uoluntate et passus est. Si ergo patinollet non
pateretur. Sanguis ille non funderetur. mundus
non redimeretur. Agamus itaque gratias et pos-
tati diuinitatis. et miserationi infirmitatis eius.

De occultapotentia quam iudaei non nouerant, unde
 illis modo dictum est, Neque me nostis neque patrem
 meum. Et de carne suscepta quam iudaei nouerant
 et cuius patrem sciebant, unde illis alio loco dixit,
 Et uenostis et unde sum scitis, Utrumque nouerimus
 in xpo et unde equalis est patri et unde illo maior et pa-
 ter, illud uerbum est, illud caro, illud deus est, illud
 homo, Sed unus xps deus homo. Modo de sua passio-
 ne quid loqueretur xps audiant. **E**go uado inquit
 et queritis me. Non de desiderio sed odio. Nam illum
 postea quam abscessit ab oculis hominum inquisie-
 runt et qui oderant et qui amabant, illi persequendo
 illi habere cupiendo, bonum est animam xpi querere
 sed quomodo ^{de corpore} eam ^{desiderant} quesierunt, illi enim ut habe-
 rent si aut perderent, Denique isti qui sic querebant
 in mortal cor deperuerso quid secutus adiunxit qua-
 ritis me. Et ne putetis qui abene me quaeritis in pecca-
 to uestro mori emini, hoc est xpm malae querere in pec-
 cato suo mori, In peccato suo moritur qui in peccato
 permanet usque ad mortem, ille xpm non querit
 qui salutem animae suae per penitentiam non querit, ad
 quem propheta clamat, Querite dnm dum inueniri
 potest, Modo qui in serico dem dum tempus habet
 non querit inueniat eum in autum, iudaeis dixit in
 peccato uestro moriemini quia prae sciebat eos in pec-
 cato suo permanere, Singulari numero dixit in pec-
 cato et plurali uestro quia ^{reuebat} omnibus illis ad quos lo-
 quebatur unam esse uoluntatem aequalem malitiam
 perdendi eum qui saluare eos uenerat, Alio uero loco

¶ Quod malum est quere-
 re animam xpi sed
 quomodo eam
 iudeique fierunt

discipulis suis dixit, Quo ego uado uos non potestis ue-
nire, non abstulit eis spem, sed prae dixit dilationem,
quando enim hoc discipulis dñs loque batur, tunc n̄
poterant uenire quod ille ibat, sed postea uenturierant,
istau tem nū, quā quibus pres eius dixit in peccato
uestro moriemini, hic autem auditis uerbis quomo-
do solent carnalia cogitantes, et secundum carnem
iudicantes, et totum carnaliter audientes et sapientes,
dixerunt, Nūquid interficiet semet ipsum qui adien-
t, quo ego uado uos non potestis uenire, stulta uerba et
omnino insipientiae plena, quidem non poterant
illo uenire quod ille perrexisset si interficeret semet
ipsum, nūquid ipsi non erant morituri, quid ergo
numquid interficiet semetipsum, quia dixit quo ego
uado uos non potestis uenire, si de moriebimus di-
ceret, quis hominum non moritur, ergo quo ego uo-
uado dixit non cumitur ad mortem, sed quo ibat ipse
post mortem, Illi itaque non intellegentes ista
respondit eis dñs, qui terram sapiebant, quid
ait, dicebaturis, Uos de caelestibus, ideo terram sa-
piatis, Quia sicut serpens terram manducatis, quid
ē terram manducatis, terrenis pasum, in delecta-
mini terrenis inhiatis, sursum cor non habetis,
Uos de caelestibus sumestis, ego de super missum, Uos de
mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo, quōmo-
do ergo non erat de hoc mundo per quem factus est
mundus, sed omnes de mundo, Sed prius mundus
postea homo, Sed xps ante mundum, ante xpm ni-
hil, Quia in principio erat uerbum, et omnia per ip-
su

facta sunt. Sic enim erat ille de superius, de quibus scripsit
 pernis xpi ab ipsa parte nihil illo superius quia uer-
 bum genuit aequalis sibi coeternum sibi unigenitum
 sibi sine tempore per quem conderet tempora. Ideo xpi
 ante omnes creaturas et ante omnia tempora quia de pa-
 tre coeternus parigenitus est. Ego de superius sum
 uos de hoc mundo estis. Ego non sum de hoc mundo.

Dixi ergo uobis quia moriemini in peccatis uestris. Ex-
 posuit nobis fratres quantum ille qui uoluit uos de hoc
 mundo estis. Ideo qui perduxit uos de hoc mundo es-
 tis quia peccatores erant quia iniqui erant quia
 infideles erant quia terrena sapiebant. Numquid
 apostoli et scilicet de hoc mundo non erant et erant si-
 quidem quia de caetera non sunt. Sed ipsa ueritas de eis
 ait. Ego de uos de mundo id est de carnali conuer-
 satione quaerendi nomine hoc loco significari uen-
 detur. Qui ergo erant de mundo facti sunt non de
 mundo et per ueritatem coeperunt ad eum per quem
 factus est mundus. Ipsi autem remanserunt esse
 in mundo quibus dicitur est moriemini in peccatis
 uestris. Nemo dicit de hoc mundo non sum. Quis
 quis es o homo de hoc mundo es sed uenit ad te qui
 fecit mundum et liberauit te de hoc mundo.
 Si delectat te mundus semper uis esse in
 mundus. Si autem non delectat te hic mundus
 iam uis esse mundus et non audieris quod iudaei au-
 dierunt. mori omni in peccato uestro.
 Et qui plus peccat plus est in mundo.
 et plus in mundus. Et quanto quis se

mundat a peccato. tanto se eleuat de mundo non esse.
Merito audierunt iudaei mori enim in peccatis uest-
ris. quia non habere peccatum nullo modo potuistis.
quicum peccato nati estis. Sed tamen si in me inquit
credideritis cum peccato quidem nati estis. sed in pecca-
to uestro morituri non estis. Tota ergo infelicitas ip-
sae erat non peccatum habere. sed in peccatis mori. hoc
est quod debet fugere omnis christianus. propter hoc
ad babatissimum curritur. propter hoc egritudine uel
aliunde periclitatur. sibi desiderat subuenire. prop-
ter hoc etiam fugens paruulus a matre pusilla inibus
ad ecclesiam fertur. nisi sine baptismo exeat et in peccato
quondam est moriatur. Ad iudaeum enim dicens. si non
credideritis quia ego sum. moriemini in peccatis uestris.
Ego si credideritis quia ego sum. non moriemini in pec-
catis uestris. Reddita spes est desperantibus. exorta-
tio facta est dormientibus cordibus. Eunglauerunt
inde plurimi crediderunt. sicut euangelii ipsius con-
sequencia testatur ubi ait. Haec illo loquente mul-
ti crediderunt in eum. In hoc ergo populo cui dñs lo-
quebatur. erant qui in peccato suo fuerant morituri.
Erant etiam qui in ipso qui loquebatur fuerant
morituri. et ab omni peccato liberandi. Tam hoc
ad te. de quod ait dñs xps. Si non credideritis quia
ego sum. moriemini in peccato uestro. Quid est si non
credideritis quia ego sum. quid nihil addidit. mal-
tume est quod a iudaeis mendant. dixit ego sum.
et non addidit quod dicitur. Si uero xps siue filius di. si uelle
quem prophete dixerunt. si uel saluator mundi.

siue aliud aliquid quod de eo inscrip turis legitur,
 Multum est quod ait ipsum ego sum, quia dixerat
 dñs morisi ego sum quisum, Et hic modo nisi creclide
 ritus qui ego sum, Eodem modo uerbo essentia e sem
 pi ternae ususest ad populum iudeorum, quotunc ad
 mor sen per angelum in rubo flamme ignis quem mis
 surus erat ad liberandum populum suum, Quid est qd
 hic dixit ego sum nisi ille ipse qui tunc uenit in angelo in
 tere morisen seruum meum ad liberandum populum eu.
 Ego ipso modo per me ipsum ueni incarnatus homo fac
 tus libera re homines quos creau saluare qui perdi
 tuerunt, Que quid enim aliquo modo mutari potest
 uel in melius uel in deterius quodam modo moritur
 eo quod fuit antedum incipit aliud esse uel aliter es
 se quam fuit, Solus uero dñs semper idem est immuta
 bilis ueritas immutabilis bonitas immutabilis sempi
 ter mitas immutabilis natura immutabilis substantia
 et quicquid de eo dici potest semper idem est quod fuit
 erit prorsus nihil aliud melius uideatur intellegi
 in hoc uerbo quod ait dñs ego sum nisi ego sum dñs, morie
 mini in peccato uestro, Sed illi semper terrena sapi
 entes et semper secundum carnem audientes et res
 pondentes quid dixerunt tu quis es non enim cum
 dixisset nisi creclide ritus quia ego sum addidit
 quis es es, Quis es ut credamus, Et ille principiu,
 ecce quod est esse, principium mutari non po
 test principium in se manet, et annouat omnia,
 principium est cui dicitur est, Tu autem ide
 ipse es et annitui non deficient, principiu

1. **Aut** qui et loquor uobis. Principium me credite. memoria mihi in peccatis uestris. Tamquam enim meo quod dixerunt tu quis es. nihil aliud dixerunt quam quid uesse credimus respondit. Principium me esse credite. et addidit quod et loquor uobis. id est quia humilis propter uos factus ad ista uerba discendi. Nam si principium sicut est ita maneret apud patrem. Ut non acciperet formam serui. et homo loqueretur hominibus. quomodo ei crederent cum infirma corda intellegibile uerbum sine uoce sed sensibilia uidere non possent. Ergo inquit credite me esse principium. quia ut credatis non solum sed et loquor uobis. Uerba domini nostri ihesu christi quae habuit cum iudaeis ita moderans loquelam suam ut caeci non uiderent. et fideles oculos aperirent.
2. Dicebant ergo iudaei tu quis es. qui adixerat supra dominus nisi crederitis quia ego sum moriemini in peccatis uestris. Ad hoc ergo illi tu quis es ueluti querentes nosse in quem deberent credere ne in suo peccato morerentur. respondit dicentibus tu quis es. Et ait. Principium qui et loquor uobis. Quare sedicit dominus ihesus principium. quia omnia per ipsum facta sunt. Et sicut psalmus dicit. Omnia in sapientia fecisti. Siquitur omnia in sapientia fecit deus id est in filio suo coaeterno sibi et consubstantiali filius utique omnium principium est. Numquid et pater potest dici principium. et utique receduntur et pater principium et filius principium. non tamen duo principia. sicut pater deus et filius deus. non tamen

126
duo du sed unus dñs dicendum est. Sic pater principi
um et filius principum non tamen duo principia
sed unum principium fatendum est. Ergo et sp̄s
sc̄s principium est. Non tamen tria principia pater
et filius et sp̄s sc̄s sed unum principium sicut pater
dñs filius dñs sp̄s sc̄s dñs non tamen tres du sed unus
dñs. Pater omnipotens filius omnipotens et sp̄s sc̄s om
nipotens non tamen tres omnipotentes sed unus
omnipotens. Idem quod
pater ad se est dñs est. Quod ad filium est pater est.
Quod filius ad se ipsum dñs est. Quod ad patrem est
filius est. Et sp̄s sc̄s quod ad se est dñs est. Quod ad
patrem et filium et sp̄s sc̄s est. quia pater et filius sp̄s
ex patre et filio procedens unus substantiae potes
tatis maiestatis cum patre et filio. Audiamus er
go principium quod loquitur nobis. Multa in
quit habeo de vobis loqui et iudicare. in alio vero lo
co dicit non iudico quemquā praesentem eius osten
dens aduentum quoniam saluare non iudicare.
Quia uenerat ut saluaret mundum non ut iudicaret
mundum. Quod autem in die dicit multa habeo de
uobis loqui et iudicare iudicium futurum dicit. ^{ideo enim descendit}
ut ueniat iudicare uiuos et mortuos. Nemo iusti
us iudicabit quam qui iniuste iudicatus est. Mul
ta habeo inquit loqui et iudicare de uobis. Sed qui
memisit uerax est. Uidete quem admodum patri
det gloriam aequalis filius patri. Exemplum enim
nobis praebens gloriam dare dicit. gloriam diquerere
non nostram. Quasi diceret. O homo fidelis. siego

filius patris aequalis patri / consubstantialis patri / coe-
ternus patri de gloria eo a quo sum / quomodo tu
superbus es apud eum cuius es seruus. **Et** tamquid ha-
beo de uobis loqui et iudicare / sed qui me misit uerax est.
Tamquam diceret / ideo uerum dico / quia filius ueracis
ueritas sum. **Pater** uerax est / filius ueritas. **Antem**
aperitissime ipse dicit. **Ego** sum ueritas et uita.
Ego filius ueritatis / pater quidem / nisi quod ait ueritas / qui
memisit uerax est / filius ueritatis / pater uerax. Sicut a
patre filius / ita a ueraci ueritas / pater uerax est / sed non
a ueritate / filius ueritatis / sed a patre / quia filius a pa-
tre non a seipso. **Et** ideo ait alio loco. **A** meipso non ueni
id est a meipso non sum / pater utique uerax est non pa-
tricipando ueritatem / sed generando ueritatem. **Quia**
pater genuit filium / quidem ipse ait / ego sum ueritas et ueritas.
cum autem dixisset dicitur / uerax est / qui memisit
non intellexerunt illi quod de patre eis dicebat. **Ne** enim
habuerunt oculos cordis apertos / ut intellegere pos-
sent equalitatem ueracis et ueritatis. **Dicebat** eis.
Cum ex alia ueritas filium hominis / tunc cognoscetis
quia ego sum / et a meipso facio nihil / sed sicut docuit
me pater haec loquor. **Quid** est hoc / nihil enim ali-
ud uidetur dixisse / nisi eos post passionem suam cog-
noscere quid esset / procul dubio. **Et** ergo uidebat ibi
aliquos quos ipse nouerat / quos ipse cum ceteris ser-
uis ante mundi constitutionem presciendo elege-
rat post passionem suam esse credituros / ipsi sunt
illi quos assidue commendamus / et ad imitationem
cum magna exhortatione proponimus / cuius enim

desuper spu sco post dñi passionem et resurrectionem et
 ascensionem cum mitacula fierent in eius nomine
 quem tamquam mortuum persequentes iudaei contē
 serunt / compuncti sunt corde . Et qui se uentes occide
 runt / mutati crediderunt . Et quem sanguinem sae
 uendo fuderunt credendo biberunt illa triamilia
 et illa quinquemilia iudaeorum / quod sibi uidebat quan
 do dicebat . Cum exaltaueritis filium hominis tunc cog
 noscetis quia ego sum . Tamquam dicens differo cogniti
 onem uestram / ut imple amp passionem meam . Ordi
 ne uestro cognoscitis quis sim . Non quia omnes tunc
 erant credituri ex his quia audiebant / id est post dñi
 passionem . Nam paulo antedicitur / haec eo loquente
 multi crediderunt in eum / et nondum exaltatus erat
 filius hominis . Exaltationem quippe dicit passionis
 non glorificationis . crucis non caeli . Nam ibi exalta
 tus est quando pependit in ligno . Sed illa exaltatio
 humiliatio fuit / tunc enim factus est patri oboediens
 usque ad mortem / mortem autem crucis . propter
 quod exaltauit illum dñs . Altera exaltatio fuit / quan
 do leuatus est in crucem / altera dum ascendit in caelum .
 Illa humiliatio / ista glorificationis . Exaltatione
 uero crucis oportebat impleri per eos uim manus qui pos
 tea fuerant credituri . Quibus dicit cum exaltaueri
 tis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum .
 Quare hoc / nisi ut nemo desperaret in quo cumque sce
 lere male sibi conscius / quando uidebat eis donare ho
 micidium quod occiderant xpm . Ad didit . Tunc cog
 noscetis quia ego sum . Quid est ego sum / nisi unus

substantiae cum patre. Sicut et moyses superius dixi-
mus dictum esse ego sum quisum, uerbo substantia-
le utitur. De se ipso dñs, ut intellegatur aeterna
esse substantiam et unam esse substantiam patris
et filii. Tamen ne ipse intellegere tur pater, con-
tinuo adiunxit et a me ipso factio nihil, sed sicut do-
cuit me pater. haec loquor quod uero ait. A me ipso
factio nihil, id est a me ipso non sum. Quod autem ad-
didit sicut docuit me pater haec loquor, sensus enim
altissimus est. cor enim mundandum ut intelle-
gatur quod ait, sicut docuit me pater sic loquitur. Non
enim ita intellegendum est, quasi homo pater homi-
ni filio loqueretur, sed excellentius et sacratius. Al-
liter uero intellegendum est quod ait euangelista
in primis cipio erat uerbum, et aliter intellegendum uer-
bum caro factum est. Aliter de diuinitate xpi in
qua aequalis est deo patri, aliter de humanitate eius in
qua consimilis est nobis cogitandum est. Non uno
modo intellegendum est quod ait dñs ego et pater u-
num sumus, et illud quod dixit pater maior me est.
Ergo in corporaliter cogitate pater locutus est filio
quia in corporaliter pater genuit filium. Nec cum
sic docuit quasi indoctum genuit, sed hoc est eum do-
cuisse quod est scientem genuisse. Et hoc est do-
cuit me pater, quod scientem me pater genuit. Si
enim quod pauci intellegunt, simplex est, natura
ueritatis, hoc est filio esse quod nosse. Ab illo ergo
habet quod nouerit, a quo habet ut sit. Non ut pri-
us ab illo esset ab illo postea nosset, sed quem a memo-

quod est a me ipso
factio nihil.

q

s

dum illigignendo dedit ut esset sic gignendo dedit ut
 nosset quia simplicis iudicium est nature uernatis
 est esse et nosse. Non est alium adque aliud sed hoc
 ipsum dixit. Ergo ista iudaeis et addidit et qui memi
 sit mecum est. Jam hoc et amedixerat sed rem magna
 assidue commemorat. Misit me et mecum est. Si er
 go tecum est. Odne non unus ab alio missus est sed ambo
 uenisti. Et tamen cum ambo simul sint unus mis
 sus est et alter misit. qm missio incarnatio est. Ipsa
 incarnatio filii tantum est non et patris. Misit itaq;
 pater filium sed non recessit filius ab eo. Ergo inquit qui
 memisit non reliquit me solum. Cuius auctori tatem
 qua paterna incarnatus sum mecum est non me de
 reliquit. Quare me non dereliquit non reliquit me
 inquit solum quia ego que placita sunt ei facio semper.
 Ipsa est aequalitas semper non ex quodam initio et de
 inceps sed sine initio sine fine. De enim generatio non
 habet initium temporis quia per gentium facta sunt
 tempora. Haec illo loquente multi crediderunt. Nec
 dum in omnem terram exiit sonus eorum. nec dum
 omnibus predicatum est. nec dum dictum est. Ideo ce
 te omnes gentes. Ergo dicit ad eos qui crederunt in
 eum ait iudaeos. Si uos manseritis in uerbo meo. Ideo
 manseritis quia in uerba estis quia esse uobis caepistis.
 Si manseritis hoc est in fide quae in uobis esse credenti
 bus coepit quo peruenientes. Unde quale initium
 quo perducit. A masti fundamentum culmen ad ten
 de et ex ista humilitate aliam celsitudinem quaeri.
 fides enim humilitatem habet. Cognitio et immortalitas

et aeternitas non habet humilitatem / sed excedit studium.
Erectionem / nullam defectionem / aeternam stabilita-
tem / nullam ab inimico expugnationem nullum de fieri
endi timorem. Magna est quod incipit a fide / sed ma-
ius quo peruenitur per fidem. Audigitur quo perue-
nit / et inde quantasit fides. Ergo et uos ait si manserit
tis in uerbo meo in quo credidistis / uereditis et pulmei estis.
Subiunxit quoque et cognoscetis ueritatem. Qui cognos-
cit ueritatem / cognoscit deum / quia deus ueritas est. dicen-
te ipso deo. Ego sum uia et ueritas et uita. Credamus
ergo ut et cognoscamus ueritatem / quia sine fide ad cog-
nitionem ueritatis nullus peruenire poterit. Quid est
cognituri sumus / illud quod nec oculus uidit nec aures
audiuit nec in cor hominis ascendit. Quid est enim fi-
des / nisi credere quod non uides / fides ergo est quod non
uides credere. Ueritas / quod cre didisti uidere. Quid est
quod uidere nobis promittitur. Dicit enim dominus in xlii lo-
co quid esset quod uisuri erimus. Qui autem diligit me
diligatur a patre meo et ego diligam eum et uiam se-
cundum me ipsum. Haec est promissio / haec est merces fi-
dei / quae per dilectionem operatur. Haec est sacietas
quam psalmista obtinuit dicens. Satiabor dum mani-
festabitur gloria tua. O domine fac nos diligere amare te
et amare seculum / ut ualeamus ad illam libertatem per-
uenire / ad quam per cognitionem ueritatis perueni-
tur. De qua subiunxit et dicens / et ueritas liberabit
uos. Quid est liberabit uos / liberum faciet. Denique
iudei carnales et secundum carnem iudicantes non hi
qui crediderant / sed in illa uerba querant qui non cre-

109

debant iniuriam sibi factam putauerunt quia dixerunt
ueritas liberauit uos. Indignati sunt seruos se esse sig
nificatos. Et uere serui erant. Et exponit illis quae sit ser
uitus et quae sit futura libertas quam ipse promittit. Ni
hil enim aliud est dicere et ueritas liberabit uos nisi li
beros uos faciet. Sicut nihil est saluare nisi saluos fa
cit. Audiamus ergo quid liberauitis dicit audia
mus quid superba falsitas respondeat. Dixerunt
ergo iudaei. Semen habrae esumus et nemini serui
uimus unquam quomodo iudaeis liberi eritis non
enim dixerat dñs liberi eritis sed ueritas liberabit
uos. in quo tamen uerbo illi nihil aliud inteli
xerunt nisi libertatem carnalem. Et extolerunt se
quod semen essent abrahae et dixerunt. Semen ha
brae esumus et nemini serui uimus unquam quomo
do iudaeis liberi eritis. O uana superbia. O falsa lac
tantia. Quomodo uerum dixistis nemini serui uimus
unquam. Joseph non est uenundatus. prophetae sc̄i
non sunt ducti in captiuitatem. denique nonne ille
ipse est populus qui in aegypto lateres faciebat et ope
ribus duris non saluum in argento et auro sed in luto
seruiebat. Si nemini serui sitis unquam. O ingrati
quid est quod uobis assidue imputatis quomodo uos
de domo seruitutis liberauit. An forte patris uestri
seruierunt uos autem qui loquimini nulli serui sitis
unquam. Quomodo ergo soluebatis tributum ro
manis. unde et ipsi ueritati laqueum quasi capti uos
proposuistis ut diceretis licet reddere tributum
cesari. Ut si dixisset licet teneretis eum quasi mali

obtas se libera tatem semini habrahe. Si autem diceret
non licet calumnia remini apud reges tae quodp
hibet regibus tributa per solun. Deinde pro latorum
mo uie testis. et captiom uestrae uos ipsi estis respon
dere compulsi. Ibi enim uobis dictum est reddite
caesari quae cae saris sunt et doque disunt cum uos
ipsi respondissetis quod nummus habet imaginem cae
saris. Quia sicut quaerit caesar in nummo imaginem su
am sed si quaerit in homine suam. Nec alienum quid
quaerit de ab hominem sed quod condidit in homine.
Ideo deus homo factus est ut in homine referat quod
in homine formant. Ergo mentientibus et de
uana libera tate tumentibus quid respondeisset dñs iu
daeis audiamus. Amen amen dico uobis quia omnis
qui facit peccatum seruus est peccati. Quia non sub
his uerbis contentus est si omnis homo peccator om
nis homo seruus peccati. Sed intentius auctus
qualiter liberemur de hac seruitute. Terrorem
incutit medicinam adhibet. Nam ait dñs. Amen
amen dico uobis. Quid est amen amen in fine uerū
dico uobis. Quod uerbum nec grecus interpret nec
latinus ausus est in aliam trans ferre linguam. ut
honorum haberet uelamentum secreti testificatio ueri
tatis in xpo. Veritas dicit uerum uerum dico uobis.
Iugeminat replicat uerbum ueritatis ut excitaret
dormientes intentos faceret audientes. ne contē
neretur quia ait amen amen dico uobis quia omnis
qui facit peccatum seruus est peccati. O miserabilis
seruitus seruire peccato seruire diabolo qui peccatus est

auctor. Saepe homines malos dominos fugiunt nesciunt
 uant malis. et non fugiunt peccatum cuius seruus est.
 Et quanto felicius esset fugere peccatum et seruire ho-
 mini libera conscientia. deinde seruus hominis. Ali-
 quando sui domini duris imperiis fatigatus fugiendo
 requiescit. Seruus peccati quo fugit secum se trahit
 quo cumque fugerit. Non fugit se ipsam mala conscientia.
 non est quae eat. Sequitur se. immo non recedit a se.
 peccatum enim quod facit intus est. fecit peccatum ut
 aliquam corporalem caperet uoluptatem. uoluptas
 transit peccatum manet. Prae terit quod delectabat
 remansit quod pugnat mala seruitus. Aliquando fugi-
 unt homines improbos dominos uolentes carere domi-
 nis qui nolunt carere peccatis. Quanto felicius dese-
 rat homo peccatum. fugiat ad xpm dñm liberatorem
 interpellat. Liberat ergo ab hac seruitute peccati so-
 lus dñs qui nullam non habuit. qui solus sine peccato uenit
 in mundum. Ille solus liberare potest de peccato qui ue-
 nit sine peccato. et factus est sacrificium pro peccato.
 Cum ergo omnis qui facit peccatum seruus sit peccati.
 questit spes nobis libertatis audite. Seruus autem
 inquit non manet in domo in aeternum. Ecclesiae.
 domus. seruus est peccator. Non maneat homo in pec-
 cato. nescit seruus peccati. ut possit manere in domo idē.
 in ecclesia. maneat in corpore capitis sui ut sit filius non
 seruus. Longe aliud est peccare. aliud manere in pec-
 cato. Qui manet in peccato. seruus est peccati. Qui fu-
 git a peccato. seruus erit iustitiae. Terruit itaque
 et spem dedit. Terruit ne peccatum amaremus. spem

dedit ne de peccati solutione diffideremus. Omnis in
quid quis fuerit peccatum seruus est peccati. Seruus autem
non manet in domo in aeternum. Quae ergo nobis spes est
quod non sumus sine peccato. Audi spem tuam, filius manet
in aeternum si ergo filius uos liberauerit / tunc uere liberi
eritis. Haec spes nostra fratres / ut a libero liberemur
et liberando seruos nos facit. Seruum enim eramus cupidi
tatis / liberati efficiamur serui caritatis. Prima liber
tas est non permanere in peccato / seruire iustitiae. di
cente apostolo. Cum serui essetis peccati / liberi eratis
iustitiae. Nunc autem habetis fructum uestrum in
sacramento / finem uero uitam aeternam. Perfecta ue
ro libertas est de xpo seruire, illum diligere / qui ue
ro nos liberauit. Qui uerus est filius dei et dñs in for
ma serui / non seruus sed in forma serui dñs, fuit qui p
pe illa carnis forma seruilis. Sed quamuis esset simili
tudo carnis peccati / non erat peccati. Libertatem pro
misit credentibus in se. Iudaei uero tamquam deuali
bertate superbientes / dedignati sunt fieri liberi / cū
essent serui peccati. Ideo autem se liberos esse dixerunt
quia semen habrae erant. Quid ergo eis adhaeres
pondit dñs / audiamus. Scio inquit / qui a filio habrae
estis sed queris me interficere. Agnosco carnis originem
non cordis fidem. filius habrae estis / sed secundum
carnem. Ideo quaeritis me occidere inquit / sermo enim
meus non capit in uobis. Id est non habet locum in uo
bis. Si sermo meus caperetur a uobis / caperetis / uti
que uos. Quid est ergo non capit a uobis / id est non ca
pit cor uestrum quia non recipitur a cor de uestro

Audistis cer tedm̄ dicentem scio quia filiu habrahae esis
audite quid postea dicat . Ego quid uidi apud patrem
meum loquor / et uos quod uidistis apud patrem uestrum
facitis . Quid autem faciunt quod eis dixit querere
me occidere . Hoc apud habraham numquam uideri
dicitur uidi apud patrem meum loquor . Ueritate
uidi ueritatem loquor / quia ueritas sum . Si enim
dñs ueritatem loquitur / quid ipse est ueritas patris
quam uidit apud patrem se ueritas se loquitur / quid ipse
est ueritas patris quam uidit apud patrem . Ipse est
enim uerbum quod uerbum erat apud deum . Is uer-
go malum quod faciunt quod dñs obiurgat et corripit
ubi uiderunt apud patrem suum . cum audierimus in
consequentibus aper eius dictum quid sit eorum pa-
ter / tunc intellegimus qualia uiderunt apud patrem
patrem . Adhuc enim non nomi nati patrem ipsorum
paulo superius habraham commemorauit / sed car-
nis originem non uitaie similitudinem . Dicitur ut al-
terum patrem illorum quinec genuit eos nec creauit
ut homines essent / sed tamen filii erant eius in quantum
mauerant non in quantum homines erant . in quo
mitati / non in quo creati . Responderunt et dixerunt
ei pater noster habraham est . Quasi tu quid diciturus
es contra habraham / aut si aliquid potest audere re-
prehendere habraham . Non quia dñs non audebat
reprehendere habraham / sed talis erat abraham qui
non re prehen deretur adno sed potius laudaretur
tamen isti uidebantur cum prouocare ut aliquid ma-
lediceret de habraham . et esset occasio faciendi quod

cognitabant. pater noster abraham est. audiamus
quomodo eis respon dit dñs. cum illorum damnatione
laudans abraham. Dicit eis ih̄s. Si filii abrahae estis
opera abrahae facite. Nuncautem quaeritis me
interficere hominem qui ueritatem uobis locutus sum
quam audiui a dō. hoc abraham non fecit. Ecce ille
laudatus. istidamnatus. Abraham non erat homicida
non dico inquit ego dñs sum abrahae. Quod si dicerem
uerum dicerem. nam dixit alio loco. Ante abraham ego
sum. Tunc eum illi lapidare uoluerunt. non dixit hoc.
Interim quod uidetis quod aspiciatis quod me solum pu
tatis hominem. hominem dicentē uobis quod audiuit
a dō. quare uultis occidere. nisi quia non estis filii abra
hae. Et tamen superius ait scio quia filii abrahae estis.
Non negant eorum originem. sed facta condemnant.
Caro eorum ex illo erat. sed uita non erat. Ergo cristi
am facti sunt semen abrahae gratia non de carne
abrahae facti illi coheredes. Illi ex hereditate ueris
uos adoptant. Ipsi sunt de quibus alio loco a iohanne
baptista dictum est. Potens est dñs de lapidibus israhel
citare filios abrahae. Illi erunt filii abrahae imitan
tur. Ideo subiunxit dñs dicens. si filii abrahae estis
opera abrahae facite. factis probate nobilitatem. non
uerbis. sed quaeritis me interficere hominem qui uerita
tem locutus sum uobis quam audiui a dō. hoc abraham
non fecit. uos facitis opera patris uestri. Et adhuc
non dicit quis est iste pater eorum. Quod illi quid
responderunt. coeperunt enim uicium que cognos
cere non de carnis generatione dñm loqui. sed de uite

qui si deum abrahae

institutione. Et quia consuetudo scripturarum est
 quam legebant formationem spiritualiter appel
 lari. cum dicitur multis et falsis anima tamquam pros
 tituta subicitur. Ad hoc responderunt. Dixerunt
 itaque ei. Nos ex prostitutione non sumus nati. unum
 patrem habemus dnm. Jam uultu abraham. repul
 sisunt enim. Quomodo repellere uoluerunt. ore uero
 dico quia erat talis abraham cuius factum non imita
 batur. et de illius genere glorificabantur. Et muta
 uerunt responsionem. credo dicentes apud se ipsos quo
 niam cumque nomina uerimus abraham dicturus e
 nobis quare non imitamur meum de cuius genere gloria
 mini. nossem iustum innocentem tantum uirum imi
 tari non possumus. dnm dicamus patrem nostrum.
 Videamus quid nobis dicturus est. Numquid falsi
 tas inuenit quod diceret. et ueritas non inueniret quod
 responderet. audiamus quid dicant. Audiamus
 quid audiant. Unum inquit patrem habemus dnm.
 Dixit ergo eis ihs. Si dicit pater ues. iter esset dilege
 reus sine utique. Ego enim ex dno processi et ueni neq;
 enim a me ipso ueni. sed ille meminit. Dicitis dnm pa
 trem. agnoscente uel fratrem uestrum. Hic tetigit
 quod sepius solet dicere. non a me ipso ueni. sed illa e
 meminit. Ad dno processi et ueni. Xpi ergo missio. in car
 natio est eius. Quod uero de dno processit uerbum. in
 aeterna processio est. non habens tempus per quem
 factum est tempus. Ergo ab illo processit in dno. ut
 aequalis. ut filius unicus. ut uerbum patris. Ueni
 ad nos quia uerbum caro factum est ut habuaret in

his aduentus eius / humanitas eius / Mansio eius / diu
nitas. Quare inquit loquelam meam non cognoscitis
quia non potestis cognoscere sermonem meum. Ideo non
cognoscere quia non poterant audire. Sed unde audire non poterant
nisi quia corrigi credendo volebant. Et hoc unde uos
ex patre diabolo estis. Quamdiu patrem com memoratis
quamdiu patrem mutatis modo abraham modo dnm
audite a filio di cuius filii estis. A patre diabolo estis.
Dicitur itaque creator omnium creaturarum creauit homi
nem / quomodo hic dicit uos a patre diabolo estis. Qui
quid xdo creatum est / bonum est et omnis homo quan
tum creatura est / bonus est. Quantum uero se subicit
per liberum arbitrium diabolo / a patre diabolo est.
Bonum est enim hominis natura / sed uitiata est per ma
lam uoluntatem / et inde a patre erit diabolo. Quod se
ctus non potest esse malum / si ipse homo non sit sibi ma
lus. Unde ergo iudaei dicitur sunt / filii diaboli / non nas
cendo sed uitiata in dno. Consuetudo uero scae scripturae est
ex imitatione uel similitudine operum / filios se peno
minare. Ut propheta ad iudaeos ait / pater tuus a
mor reus / et mater tua cethea. Amor rei / gens erat
quaedam unde originem iudaei non ducebant. Cethea
et ipsa gentem suam habebant omnino a ligna agene
re iudaeorum. Sed quia erant impii amor rei eae cethea
iudaei autem imitati sunt impii etates illorum / inuenie
rant filii parentes non de quibus nascerentur sed quos
mores sectando pariter damnarentur. Quare ut ait
fortasse / unde ipse diabolus / inde utique unde et ceteri
ri angeli in sua oboedientia persteterunt / ille in oboe

diendo et superbiendo lapsus est angelus et factus est
 diabolus. Sed modo audite quid dicat dñs. Vos inquit
 a patre diabolo estis et desideria patris uestri facere
 uultis. Queritis me occidere hominem qui ueritatem
 uobis dico et ille inuidit homini et occidit hominem.
 Diabolus autem cum inuideret homini / serpente inclu-
 tus / locutus est mulieri / et de muliere uenenauit et ui-
 rum. Mortui sunt diabolus audiendo / quem non au-
 dissent si dñm audire uoluissent. Positus enim homo in
 ter dñm qui creauit eum qui obtemperare debuit crea-
 tori non deceptor. Ergo ille homicida erat ab initio.
 Videte genus homicidii fratres. Homicida dicitur di-
 abolus / non gladio armatus / non ferro accinctus ad
 hominem uenit / uerbum malum seminauit et occidit.
 Noli ergo putare te non esse homicidam / quando fra-
 trituo mala persuades. Si fratribus mala persuades
 occidis. Audi psalmum / filii hominum dentes eorum
 arma et sagittae / et lingua eorum machera acuta.
 Vos ergo desideria patris uestri facere uultis. Ideo ser-
 uis in carne quia non potestis in mente. Ille homi-
 cidia ex quo potuit fieri homicidium / ex quo factus est ho-
 mo. Non enim possit occidi homo / nisi prius fieret homo.
 Homicida ergo ille ab initio. Et unde homicida /
 et in ueritate non stetit quia ueritas non est in eo. Non
 quomodo in xp̄o / sic est ueritas in xp̄o ipse sit ueritas.
 Si ergo in ueritate stetit in xp̄o stetit. Si in ue-
 ritate non stetit quia ueritas non est in eo. Qui loqui-
 tur mendacium ex proprio loquitur quia men-
 dax est et pater eius. quid est hoc? audistis uerba euan-

geli / intenti accepistis. Ecce repeto ut agnoscatis,
quid exigatis de diabolo. Dñs ea dicebat quae de dia-
bolo dici a dño meruerunt; Ille homicida erat ab
initio. Uerum est nam primum hominem occidit.
Et in ueritate non stetit / quia de ueritate lapsus est.
Cum loquitur mendacium utique ipse diabolus de pro-
prio loquitur / quia mendax est et pater eius. Diabolus
autem a se metipso mendax fuit / et mendacium suum
ipse genuit. A nemine audiunt prius mendacium.
Quomodo dñs pater genuit filium ueritatem / si diabo-
lus genuit quasi filium mendacium. Mendacium genu-
it / quia in ueritate non stetit. Omnis enim qui in dō ma-
net in ueritate manet quia dñs ueritas est. Siquis uero
a dō recesserit mendax erit. Dicente psalmo grapho,
omnis homo mendax. In quantum uero homo a
dō recessit in tantum mendax erit dum se a uerita-
te declinauerit. Et inde peccator erit / quia in omne
peccatum non est ueritas sed mendacium / quia re-
cedendo a dō non habet ueritatem. Diabolus ue-
ro bonus creatus est sed per se ipsum malus factus
est. declinando se a summo bono, Ideo ex prop-
rio locutus est mendacium / quia in se ipso inuenit an-
tecesserit mendax. Homo uero deceptus a diabolo
factus est a diabolo mendax. Ideo que filius dia-
boli non natura sed imitatione. Recedamus
ergo a patre mendacii / curramus ad patrem ueri-
tatis. Ampletemur ueritatem / ut accipiamus ue-
ram libertatem. Iudaei apud patrem suum uiderant
quod loquebantur. Quid / nisi mendacium. Dñs

Autem apud patrem suum uidit quod loqueretur, quid
 nisi seipsum, quid nisi uerbum patris aeternum et pa
 tris aeternum, Ideo subiunxit ego ueritatem dico uo
 bis et non creditis mihi. Nam mendax mendacium lo
 quitur sed ueritas ueritatem proferit. Diabolus men
 dax xps uero ueritas et ueritatis adseruor quia ex ue
 ritatis ore nihil aliud poterit procedere nisi ueritas.

XIII Sequitur ergo quis ex uobis arguet me de peccato. Sicut
 ego arguo uos uestrum que patrem de peccato et menda
 cio. Ecce qualis est mansuetudo xpi, Relaxare peccata
 uenerat et dicebat, Quis ex uobis arguet me de peccato
 non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non
 esse qui ex uirtute diuinitatis poterat pecca
 tores iustificare. Interrogat eos quare ueritatem non ue
 lunt credere dicente. Si ueritatem locutus sum uobis
 quare non creditis mihi, Nisi quia filii diaboli estis et non
 ueritatis filii. Diaboli non natura sed imitatione.
 Redidit que causam cur ueritati non crederent, cum dicit
 ideo uos non auditis quia ex deo non estis. Iterum noli ad
 tendere naturam sed uirtutum. Sic sunt isti ex deo et non
 sunt ex deo, Natura ex deo uirtutum non ex deo, Natura ue
 ro bona quae ex deo est peccauit uoluntate credendo
 quod diabolus persua sit et uirtuta est. Ideo medicum
 quaerat quia sana non est. Agnoscatur natura un
 de creator laudetur agnoscatur uirtutum propter
 quod medicus aduocetur. Terribile est quod subdidit
 Quis ex deo uerba dicit, propterea uos non auditis
 quia ex deo non estis. Si enim ipse uerba dicit qui ex
 deo est, et audire uerba eius non potest quisquis ex illone.

Interrogat se unusquisque si uerbis in aure cordis
percepit et intellegit unde sit. Caelestem patriam de
siderare ueritas iubet / carnis desideria conteri / mun
di gloriam declinare / aliena non rapere / propria
largiri. Post ergo apud se unusquisque uerum
si haec uerba in corde eius aure conualuit et qua
iam ex deo sit agnoscat. Dixerunt ergo iudaei non
ne bene dicimus nos quia samaritanus es tu et doe
monium habes. Accepta autem tanta contumelia
quidam respondeat audiamus. Ego demonium
non habeo / sed honorifico patrem meum et uos in ho
noras time. Quia enim samaritanus interpreta
tur custos / et ipse ueraciter custos est de quo psalmis
ta ait. Nisi dominus custodierit ciuitatem in uanum uig
lant qui custodiant eam. Et cuius per isaiam. Cust
tos quid denocte / custos quid denocte. Respondere
noluit dominus samaritanus non sum / sed ego demonium
non habeo. Duo quippe et in laeta fuerant / unum nega
uit / et alterum tacendo con sensit. Custas nam que
humani generis uenerat. Et samaritanum se non es
se diceret / esse custodem negaret. Sed tacuit quod
re cognouit / et patienter repulit quod dictum falla
citer audiuit dicens. Ego demonium non habeo. hic
uero in semetipso nobis dominus patientiae praebuit exem
plum / qui si respondere uoluisset iudaeis uos demo
nium habetis / uerum utique dixisset. Quia nisi im
pleri demonio tamper uer se de deo loqui non possent.
Sed accepta iniuria etiam quod uerum erat dicere ue
ritas noluit / non dixisse ueritatem sed prouocatus

contumeliam reddidit se uideretur. Exquare quidno
 bis inuitur nisi ut eo tempore quod a proximis exfal
 sitate contumelias accipimus eorum etiam uerama
 lataeamus neminis terum iustecorrectionis inar
 mauertamus furdoris. Sed quid nobis ad ista facien
 dum sit adhuc exemplo nos admonet cum sub iungit
 Ego autem non quaero gloriam meam et qui querat
 et iudicet. Scimus certe quod scriptum est quia pater
 omne iudicium dedit filio et tamen ecce isdem filius
 iniurias accipiens gloriam suam non querit. Inla
 tas contumelias patris iudicio reseruat ut nobis pro
 fecto insinuet quantum nos esse patientes debeamus
 dum adhuc se uleisci non uult et ipse qui iudicat. Cu
 ueromalorum peruersitas crescit non solum frangi
 praedicatione non debet sed quae etiam augeri. Quod suo
 dñs exemplo nos ammonet qui postquam habere de
 monium dicitur est praedicationis suae beneficia lar
 gius impendit dicens Amen amen dico uobis si quis ser
 monem meum seruaerit mortem non uidebit in ae
 ternum. Sed sicut bonis necesse est ut meliores etiam
 per contumelias existant ita semper reprobi debene
 ficio peiores fiunt. Nam accepta praedicatione ite
 rum dicunt. Nunc cognouimus quia demonium ha
 bes. Quia enim aeternam mortem inhaeserant et ean
 dem mortem cui inhaeserant non uidebant dum so
 lam mortis carnem aspicerent in ueritatis sermo
 ne caligabant dicentes Abraham mortuus est et
 prophetae et iudicis si quis sermonem meum serua
 erit mortem non gustabit in aeternum. Unde et ipse uerit

tati eundem habraham et prophetas quasi uene-
rantes praeferunt. Sed aperita nobis ratio osten-
ditur quia quidam nesciunt / di quoque famulas
falsouenerantur. Vos itaque dicitis de mortuum
habet / ego uos ad uitam uoco seruate sermonem
meum et non moriemini / illi audiebant mortem non
indebit in aeternum qui seruauerit sermonem meum
et uiscebantur / quia iam mortui erant illa morte
que uitanda erat. Nam illam mortem uitare non potu-
erunt / quia mortuus est abraham et propheta id est car-
nis mortem. Nam abraham spiritu uiuebat / et ideo
de eo ipsa ueritas ait alio loco. Non est dies mortuorum
sed uiuorum. Quid est quod dicit mortem non uidebit in
aeternum / id est mortem uindictae nationis cum diabolo et an-
gelis eius. Nam ista mors corporis migratio quedam
est scilicet ad meliorem uitam / impijs uero ad poenas perpe-
tuas quae hic mortis nomine ueritas designare uoluit.
sed ista morte quae dicitur uult intellegi / nec abraham mor-
tuus est / nec propheta mortuus sunt. Illi enim mortui
sunt et uiuunt / et ista uiuebant et mortui fuerant.
quem te ipsum facis inquit / ut dicas mortem non ui-
debit in aeternum. Qui seruauerit sermonem meum /
cum scis et abraham mortuum et prophetas mortuos.
Respondit ihesus si ego glorifico me ipsum gloria mea nihil
est. Est pater meus qui glorificauit me. Hoc ait prop-
ter illud quod dixerunt quia te ipsum facis. Refert
ergo gloriam suam ad patrem de quo est / quod dicitur
dicit patrem suum. Dominus ihesus christus quem illi dicebant domi-
num suum / et non cognouerunt. Si enim ipsa cognouissent

116
cuius filium recepissent. Ego autem inquit nouum,
Secundum carnem iudicantibus potuit et hinc arrogans
uideri quia dixit ego nouum. Sed uide quid sequitur.
Si dixerit nouum cum eris similis uobis mendax. Ego
arrogantia non ita uitatur ut ueritas relinquatur.
Sed scio eum et sermonem eius seruo. Sermonem patris
tamquam filius loquebatur et ipse erat uerbum pa-
tris quod hominibus loquebatur. Et notandum quod
uidit eos deus aperta sibi impugnatione resistere et
tamen eisse iterata non desinit uoce praedicare di-
cens. Abraham pater uester exultauit ut uideret
diem meum et uidi et gauisus est. Tunc quippe di-
cendum abraham uide cum in figura summe trini-
tas tres angelos hospicio recepit. Quibus profecto
susceptis sic tribus qua sibi uno locutus est. Quia et
si in personis numerus trinitatis est in natura uni-
tas diuinitatis. Sed ^{car}nales in mentes audientium o cu-
los a carne non subleuant in eo sola carnis aetate
pasant dicent. Quinquaginta annos nondum abes
et abraham uidisti quos benigne redemptor nos-
ter a carnis suae incutu submouit et ad diuinita-
tis contemplationem tradidit. Amen amen dico
uobis antequam fieret abraham ego sum. Antequam
praeteritum temporis est sum praesens. Et quia
praeteritum tempus et futurum diuinitas non habet
sed semper esse habet non ait ante abraham ego sum
sed ante abraham ego sum. Unde ad mortem dicitur.
Ego sum qui sum. Et dicit filius israhel qui est in sit
me ad uos. Antequam uel post abraham habuit qui et

accedere potuit per exhibitionem prae sentiae et re-
cedere per cuius sum uitae. Veritas uero semper esse
habet. quae et quinquam nee priore tempore incipit
nee subse quenti terminatur. Sed sustinere ista de
terminatis uerbamentis infidelium non ualent
ad lapides currunt. Et quem intellegere non pote-
rant. obruere querebant. Quid autem contra fu-
rorem lapidantium dñs fecit ostenditur cum pro-
tinus sub inferatur. Jhs autem abscondit se et exiit
de templo. Mirum ualde est istis karissimis cur per-
secutores suos dñs sese abscondendo declinauerit.
Quis diuinitatis suae potentiam exercere uoluit set-
ta cito nutumentis in suis eos in uicibus ligaret. aut
in poenam mortis subitae obrueret. Sed quia pa-
ti uenerat. exercere iudicium nolebat. Certes ubi
sopas sionis tempore et quantum poterat ostendit.
Et tamen hoc ad quod uenerat pertulit. Nam cum
secutoribus suis sequentibus diceret. ego sum.
Solae haec uoce eorum superbiam percussit. et omni-
ni terra stravit. Qui ergo hoc in loco potuit manus
lapidantium non se abscondendo euadere. cur abs-
condit se. nisi quod homo uter homines factus re-
demptor noster. alia nobis uerbo loquitur. alia
exemplo. Quid autem nobis hoc exemplo loquitur.
nisi ut etiam cum resistere possumus iram su-
perbientium humiliter declinemus.

FINIT LIBER. QUARTUS. TUS. & d d.

IN EPIT LIBER QUINTUS